Universitätsbibliothek Paderborn

# Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus VII. Singularia Festorum Mensis Julij, qui habet dies XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

Visual Library

tantùm requirunt, ut non ſit una ex impeditis Feſtô 9. Lectionum.

At Dices: per hoc quòd juxta Rubr. X. Gen. & hactenus dicta, ſi plura Feſta 9. Lectionum transferenda ſint, priùs transferri debeat Duplex, quàm Semiduplex, & inter plura Duplicia id, quod magìs eſt ſolenne &c, nondum ſatis reſponſum eſſe ad præſens Dubium, ac Quæſitum, in eo verſans: An Commemoratio S. Pauli in Caſu, quo transferri debet, præferenda ſit alijs Feſtis jam priùs translatis, adeoque æquiparanda ſit Duplicibus majoribus, an verò minoribus? ℟. Cùm Commemoratio S. Pauli in 2. ſuis Veſperis concurrens cum duplici minore (Die nempe Octava Nativitat. S. Joann. Baptiſtæ) cum hoc dividat Veſperas, ſufficienter colligi, eam quoad hoc æquiparari *Duplicibus* ſolummodo *minoribus*, atque adeo ejus Translationem regulandam eſſe juxta Rubric. X. ſæpius allegatam de Translat. Feſt. n. 7.

# *TITULUS VII.*

## Singularia Feſtorum Menſis Julij, qui habet dies XXXI.

1. DIES OCTAVA NATIVIT. S. JOANN. BAPT. Duplex min. *Col. Alb.* Officium (niſì hodie occurrat dies Octava Corporis Chriſti, aut alicubi Feſtum altioris Ritus v.g. Dedicatio Eccleſiæ) dic. in *Die Octava* S. Joann. ùt in Feſto, exceptis Lectionibus, quæ in I. Noct. dicuntur de Script. occurrente, niſì ponendum ſit Initium alicujus Libri Regum nondum poſitum, utì contigit 1704. quô Directorium Rom. hac Nocte poſuit *Initium Libri 3. Regum* ex Dominica 7. poſt Pentecoſt. quâ ob occurrens in ea Feſtum SS. Petri, & Pauli poni eô annô nequiverat. In II. Nocturno leguntur, prout notantur in propr. loco. In III. Noct. dicuntur, ùt in die Feſti, niſì illæ, quæ alioqui *Secundâ*, aut *quartâ* die infra Octavam legendæ erant ex S. Ambroſio, ob occurrentem in alterutra illarum Dominicam, aut Feſtum loci particularis, legi nequiverint: tunc enim in die Octava S. Joannis (ſi hodie fiat de ea) in III. Noct. legi poterunt ad variantem, & ad libitum ex eodem S. Ambroſio illæ, quæ ob dictam Cauſam nondum ſunt lectæ alterutrâ illarum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſterum, ùt hìc monet Gavantus, Arnaudus, & eſt conforme Ru-bricis Octavarij Romani *Tit. 26. de ...tionibus in fine.* In *Laud.* fit Com-memorat. Octavæ SS. Petri, & Pau-li per Antiph: *Glorioſi Principes Terræ &c.* ac Verſ. *In omnem Terram &c.* Oratio (*DEUS, qui &c*) utì in eorum Feſto. Quòd ſi dies Octava S. Joann. incidat in *Dominicam*, fit etiam de iſta, & quidem ante Commemora-tionem de Apoſtolis, in utriſque *Ve-ſperis, Laudibus*, ac *Miſſa* Comme-moratio, cum 9. de Homil. ejuſdem Dominicæ Lectione in *Officio*, ac ult. & eadem Dominicâ Evangelio in *Miſſa*; quæ dicitur, utì in Feſto, ...tamen cum Commemoratione SS. Apoſtolorum ex Miſſa Feſti, nec non cum *Credo* (non tantùm ob Do-minicam, ſed etiam ob occurrentem Octavam SS. Apoſtolorum) ac Præ-fatione de Apoſtolis. *Col. Alb.*

*Si in diem Octavam S. Joann.* in-cidat *dies Octava Corporis Chriſti*, *Offi-cium, & Miſſa* dicuntur de hac poſte-riore, utpote privilegiata contra quodcunque Feſtum hodie occur-rens (niſi illud ſit Duplex 1. Claſ-ſis, utì cum Gavant. & aliis notat Baldry *P. 4. cap. 16. a. 1. n. 4.*) & contra *Diem* quamcunque aliam *Octavam*: fit tamen de Octava S. Jo-ann. in ejuſmodi utriuſque Octavæ Occurrentiâ Commemoratio in u-triſque Veſperis, Laudibus, ac Miſ-ſa. Idem eſt, ſi hodie, aut alia ſi-mili *Die Octavæ* alicubi occurrat Fe-ſtum 1. aut 2. Claſſis, v. g. *Dedi-catio* propr. Eccleſiæ: nam & tunc fit dictô modô Commemoratio de die Octava S. Joann. hodie occurrente, nec non de die Dominica, ſi ſimul in tali Feſt. 1. aut 2. Claſſ. ea occurrat, utì juxta pòſt dicenda aliquando con-tingit Oeniponti, ubi celebratur Fe-ſtum Dedicationis, quando dies O-ctava S. Joann. venit in Dominicâ. De Octava quoque currente SS. A-poſt. Petri & Pauli fit ſimiliter Com-memoratio, ſi in eam incidat dies Octava Corporis Chriſti, non tamen fit de ea Commemoratio, ſi in hanc diem incidat alicubi Feſtum 1. aut 2. Claſſis. Unde Oeniponti in dicto Caſu, quô *Feſtum Dedicationis* incidit in *Dominicam* hac die occurrentem in talis Feſti 1. Veſperis, Laudibus, ac Miſſa fit Commemoratio ſolius Octavæ S. Joann. & Dominicæ, cum 9. Lectione, & ult. Evangel. de ea-dem Dominica: in 2. verò Veſperis fit ibi Commemoratio Viſitationis, diei Octavæ S. Joann. & Dominicæ tantùm, ac proin de Apoſtolis nihil dicitur ibi, niſi præfatio in Miſſa.

Si occurrat hodie *Dies Octavæ Corporis Chriſti*, etiam *Veſperæ* hodier-næ integræ dicuntur de die ejus O-ctavæ; de ſequenti autem *Feſto Viſita-tionis* B. M. V. fit tantùm Comme-moratio, ubi illa celebratur tantùm ſub *Ritu duplici majore*; nam ubi ea eſt *Titulus*, ſeu *Patrocinium Templi* (u-ti

tì eſt in Parthenone Regio Halenſi, ac Virginum Urſulinar. hîc Oeniponti) ibi Veſperæ ſunt de ſequenti, de Octava autem Corporis Chriſti fit ibi ſolummodo Commemoratio, ut in 2. Veſperis Feſti, & quidem de hac ſola, id eſt, ſine Commemoratione de die Octava S. Joan. ac ſine Commemoratione de Apoſtolis, nec non de SS. Proceſſo, & Martiniano MM. de quibus omnibus alioquin in hodiernis Veſperis fieri debet Commemoratio. Conſtant modò, & paulò antè dicta ex Tabella *Occurrentiæ*, & *Concurrentiæ*, notandóque utrique ſubſcripto, utì & ex Rubrica Gen. X. ac XI.

Extra utrumque verò prædictum Caſum dicuntur hodiernæ Veſperæ de Viſitatione B.M.V. ſub Ritu duplici majore, ùt in Officio ejus parvo, ac propr. locô, ubi Antiph. ad Veſperas *Exurgens Maria* cum reliquis de Laudibus, ſitque Commemoratio de Octava S. Joannis Baptiſtæ, ùt in 2. Veſperis Feſti; deinde verò de Dominica occurrente, vel concurrente (ſi quæ hodie, vel cras occurrat) poſtea de Octava SS. Apoſtolorum per Antiph. *Petrus Apoſtolus &c.*; Verſ. *conſtitues eos*: orat. *DEUS, qui hodiernam*, ùt in Feſto: ac denique de SS. MM. Proceſſo, & Martiniano, ùt ibi. Præterea ibi, ubi *Veſperæ* ſeu hodiernæ, ſeu craſtinæ cantantur *ſolenniter*, in ijs circa Intonationem Hymni; *Ave Maris Stella* ab Officiatore, & ejus Miniſtris ob- ſervanda ſunt ea, quæ ſuprà die 2. Januar. circa finem ſunt anno Hymnus Completorij termin per verba: *JESU Tibi ſit Gloria, natus &c.* *Col. Alb.*

Si cras occurrat Dominica etiam ibi, ubi craſtinum Feſtum lebratur Ritu dupl. 1. Claſſis, fit illa Commemoratio in utriſque Veſperis, Laudibus, ac Miſſa craſt Feſti: non verò fit in ejusmodi Commemoratio de Dominica cedente, ſi hodie ſit dies Domi & craſtina Feriâ II. celebretu tu Duplici 1. Claſſis Feſtum quens.

2. Visitatio B. V. M. Dupl. maj. *Col. Alb.* Offic. ùt in proprio co, ac ejus Officio parvo, cum Lectione de SS. MM. Proceſſo, & Martiniano, niſì hodie occurrat Dominica; tunc enim 9. Lectio (omiſſa Lectione de SS. Martyribus pro annô) eſt de Dominica: de qua tunc etiam fit Commemoratio in utriſque Veſperis, Laudibus, ac Miſſa hodierni Officij, ante Commemorationem de Apoſtolis, de quibus pariter Commemoratio, & poſtea de SS. MM. Proceſſo & Martin. in hodiernis Laudibus, ac Miſſa, ibi.

In Missa (quæ eſt propria) dic. *Gloria*, *Credo*, ac Præf. de B. V. *& Te in viſitatione.* Quòd ſi occurrat hodie dies Dominica, tunc de

non

non modò fit Commemoratio (ante Commemorationes de SS. Apoſtolis, & de SS. MM. Proceſſo & Martin.) in hodierna *Miſſa*, ſed etiam legitur in hujus fine Evangel. de eadem Dominica. *Col. Alb.*

In II. Vesperis (niſì cras occurrat alicubi Feſtum altioris Ritûs) dicuntur omnia ùt in primis, excepta Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ eſt: *Beatam me dicent &c.*, utì ea notatur ſuô locô, cum Commemoratione de Octava SS. Apoſtolorum, & ante hanc de Dominica, ſi hodie, vel cras Dominica occurrat. *Col. Alb.* Dixi autem: *niſì cras alicubi occurrat Feſtum altioris Ritus*; nam ſi cras alicubi occurrat v. g. Feſtum Dedicationis (utì modò quandoque contingit hic Oeniponti in Templo SS. Trinitatis, ubi annuente S. R. C. Anniverſarius Dedicationis, antehac alioqui regulariter celebrari ſolitus Dominicà I. poſt Epiph. à Celſiſſ. loci Ordinario anno ſuperiore 1710. ſtabiliter translatus eſt in eam Dominicam Menſis Julij, quæ illô Menſe viciniſſima cadit Feſto viſitationis B. M. V.) tunc, quia illud eſt 1. Claſſis, integræ Veſperæ dicuntur hodie de illo, cum Commemoratione ſolius Dominicæ ſequentis, non autem Feſti Viſitationis, nec etiam Octavæ Apoſtolorum; nec Hymnus Veſperarum, ac Completorij terminantur tunc verſu: *JESU Tibi ſit Gloria.* juxta ea, quæ tradit Gavant. Tom. 2, S. 5. C. 6. n. 15. in fine. Quòd ſi Feſtum Viſitationis incidat in Dominicam, & cras occurrat alicubi Feſtum altioris Ritûs, tunc, ſi hoc ſit 1. Claſſis, in I. ejus Veſperis, nec Dominicæ, nec Feſti præcedentis, nec Octavæ fit Commemoratio; ſi verò ſit 2. Claſſis, tunc in 1. illius Veſperis fit quidem Commemoratio, de Feſto præcedenti (utpote duplici majore) non tamen de Dominica hodie occurrente, nec de die infra Octavam Apoſtolorum.

Ubi Feſtum Viſitationis eſt Feſtum *Patrocinij*, adeoque celebratur Ritu duplici 1. Claſſis, & cum Octava, ibi in 1. illius Veſperis neque fit Commemoratio Octavæ S. Joann. neque Octavæ Apoſtolorum, neque denique SS. MM. Proceſſi, & Martiniani, ſed tantùm Dominicæ, hodie occurrentis. Dico: *occurrentis*, ſi enim Dominica tantùm concurrat in tali loco cum ſequenti *Feſto Patrocinij* (utì contingit, ſi viſitatio B. V. incidat in Feriam II.) tunc in 1. Veſperis Patrocinij talis Eccleſiæ, ſeu loci etiam de Dominica præcedente non fit aliqua Commemoratio, utì conſtat *ex Rubrica, & Tabel. concur. ſupr. cit.* Præterea in loco, in quo B. V. Eliſabetham viſitans eſt *Patrona*, nec 9. Lectio dicitur, nec fit Commemoratio de SS. Proceſſo, & Martiniano, utì nec de Octava Apoſtolorum in *Officio*, & *Miſſa*, ſed Homilia S. Ambroſij, in Evangelium hodierni Feſti

dici alioqui ſolita in III. Nocturno, dividenda eſt tunc in tres Lectiones, quarum 2. (reſpectu totius Officij *Octava*) incipiat ab illis verbis: *Et unde hoc Mihi &c.* 3. verò (ordine nona) ab iſtis: *Non enim ſola familiaritatis &c*, prout videre eſt in Octavario Romano fol. 74. & ſeqq. cæteris verò diebus infra Octavam non impeditis Feſtô 9. Lectionum &c. dicuntur in ejusmodi loco Lectiones II. & III. Nocturni, prout notantur in eodem Octavario à fol. 50. & 75. & ſi fiat infra Octavam de Feſto occrrente, vel translato 9. Lectionum, quod non eſt 1. vel 2. Claſſis, fit in ejusmodi *Officio*, & *Miſſa* etiam Commemoratio de Octava viſitationis, & quidem ante Commemorationem de Octava Apoſtolorum. Dominicâ infra Octavam Viſitationis, ſi fiat de ea, fit pariter Commemoratio Octavæ Viſitationis, tam in *Officio*, quàm *in Miſſa*; nec dicitur in iſta tunc 3. Oratio, niſi ſimul occurrat Feſtum Simplex, aut dies alterius Octavæ currentis (v. g. SS. Petri & Pauli) & tam ad Officium, quàm ad Miſſam de Dominica adhibetur. *Col. Alb.* non *Virid.* Quòd ſi ipſum Feſtum Viſitationis (idem eſt de die ejus Octava) incidat in Dominicam, tunc in ejusmodi loco 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Miſſa* hodierni Feſti dici debet de Dominica, & de eadem fieri in *Officio*, & *Miſſa* Commemoratio, ùt ſuprà die 30. Jun. Ali diebus *infra Octavam* Viſitationis, quibus nec *Feſtum*, nec *dies infra* *vam Apoſtolorum* occurrit, Oratio in *Miſſa* eſt de Spiritu Sancto. 3. *ſiæ*, vel pro Pap. Illis verò dieb quibus ſimul occurrit dies infra ctavam Apoſtolorum, 2. Oratio fra Octav. Apoſtolorum eſt: DEU *qui hodiernam &c.* 3. de S. Spiri (niſi tertiò locô facienda ſit Commemoratio de Feſto Simplici aliund occurrente) *Col. Alb.* Præfatio rem per totam Octavam (e cùm ſit de alio Feſto) dic. uti fto Viſitationis, exceptâ die Octa Apoſtolorum, in qua Præf. dic Apoſtolis. Si *Feſtum Viſitationis* bi eſt *Titulus Templi*) in 2. ſuis Veſperis concurrat cum *Feſto Dedicationis* propriæ Eccleſiæ (adeoque cum alio Feſto 1. Claſſis) cenſeo integras illas Veſperas dicendas de præcedente, ſeu *Viſitatione*, de ſubſequente verò *Feſto Dedicationis* faciendam ſolummodo eſſe Commemorationem, & poſt hanc etiam de ſubſequente in craſtinum Dominica, ſi quæ ſequatur, non autem de Dominica hodie occurrente, ſi quæ hodie occurrat. Ratio patebit ex dicendis infrà *P. III. Tit. 3.*

3. Dies V. *infra Octavam Apoſtolorum Petri, & Pauli.* Semid. *Col. Rub.* Hodie, cras, & perendie ſi faciendum ſit aliquò, aut aliquibus horum Dierum de Feſto 9. Lectio



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...tivum, ſeu occurrente, ſeu legitimè translato, aut de Dominica, aut de die infra Octavam Feſti digrioris, v. g. Dedicationis propriæ Eccleſiæ, aut Viſitationis B. V. ubi ea eſt *Titulus Templi*) in Officio omnia dicuntur, ſub Ritu tamen Semid. de Communi Apoſtolor. præter Lectiones, & Antiphonas *ad Benedictus*, & *ad Magnificat*, quæ dicuntur, ùt ſuô locô notantur, nempe in I. Noct. Lectiones de Script. ea die occurrente, niſì ponendum ſit Initium alicujus Libr. Reg. nondum poſitum. In II. & III. Nocturno autem quovis Die habentur propriæ. Antiph. *ad Benedictus* eſt: *Glorioſi Principes &c.* Verſ: *In omnem Terram &c.* Ad *Magnificat* verò Antiph. *Petrus Apoſtolus &c.* Verſ: *Conſtitues eos &c.* Oratio (DEUS, *qui hodiernam*) utì in Feſto. Si hac, aut alia *Die infra Octavam* SS. Petri & Pauli occurrat fieri de alio Feſto 9. Lectionum, non eſt dicenda in Officio ejusmodi Feſti 9. Lectio de Homilia illius diei infra Octavam, nec in fine Miſſæ Feſtivæ dicendum Evangelium de *Die illa infra Octavam*, eſto dies illa infra Octavam non modò habeat *Homiliam*, ſed etiam *Evangelium* diverſum ab Evangelio Feſti SS. Petri & Pauli in ſuo reſpectivè *Officio*, ac *Miſſa*; non obſtante etiam, quòd de eadem die infra Octavam, habente propriam Miſſam, fiat in *Officio* & *Miſſa* Feſti occurrentis Commemoratio. Ità Gav. *Tom. 2. S. 3. C. 11. n. 36.* & apud eumdem *Octavar. Roman.* Porrò

Missa infra Octavam SS. Petri & Pauli (ſiquidem *Officium* fiat de *Octava*, & non ſit faciendum de *Dominica*, aut *Feſto* aliquo *occurrente*, vel *tranlato*) tā hodie, quàm ſeqq. duobus diebus dicitur, prout notatur in Miſſali die III. Julij, & incipit: *Mihi autem nimis &c.*, cum Gloria & Credo, & Præf. de Apoſtol. Oratio 2. *Concede.* 3. Eccleſiæ, vel pro Papa. *Col. Rub.*

*Veſpera*, ſi hodie factum ſit de *die infra Octavam*, & cras iterum fiat de Octava Apoſtolorum, dic. ſub Ritu Semid. ùt in 2. Veſperis Apoſtolorum cum Antiph. *ad Magnificat*, Verſ. & orat. ùt ſuprà. *Col. Rub.*

Dominica *Infra Octavam Apoſtolorum* occurrente die 3. aut 4. aut 5. Julij, ſi in ea non occurrat Feſtum Duplex, *Officium*, & *Miſſa* dicuntur de Dominica, cum Commemoratione Octavæ Apoſtolorum in *Officio*, & *Miſſa* (in quâ 3. Oratio non dicitur, niſì occurrat Feſtum Simplex, aut dies infra aliam Octavam) ùt ſuprà, & tam ad *Officium*, quàm ad *Miſſam* de Dominica adhibetur. *Col. Rub.* In concurrentia autem Dominicæ, ac Feſti duplicis infra Octavam Apoſtolorum, obſervandæ ſunt Regulæ Generales de concurrentia Officij in 1. aut 2. Veſperis, ac prout in *Tabul. concurr.*

Si in hanc, aut aliam Diem *in-*

*ſra Octavam SS. Petri & Pauli* incidat ſimul *dies infra Octavam* alterius Feſti dignioris (v. g. Dedicationis propriæ Eccleſiæ) tunc in hujusmodi die Officium & Miſſa non debent fieri de Octava Apoſtolorum, ſed de Octava Feſti dignioris (quale eſt in dato Caſu *Feſtum Dedicationis*) juxta ea, quæ habet Gob. Tr. 3. n. 696. append. 3: lit. f. & g. 3. citatus à P. la Croix *Tom. 4. l. 4. n.* 1265. niſi eo die faciendum ſit de alio Feſto occurrente, vel translato: debet tamen in tali Caſu (quo nempe duæ ejusmodi Octavæ coincidunt) fieri Commemoratio ſuis locis de Octava Apoſtolorum, ùt ibi, & de ipſis Apoſtolis etiam Præfatio dici in Miſſis Octavæ dignioris, ſi propriam non habeat Feſtum dignius: Oratio autem 3. tunc erit *Concede*, vel (ſi Octava coincidens ſit Octava Feſti B. V.) de Spiritu Sancto, niſi *Feſtum ſimpl.* occurrat, quia tunc 3. oratio in Miſſa diei infra Octavam dicenda foret de iſto in dicto Caſu.

4. Dies VI. *infra Octavam Apoſtolorum.* Semid. *Col. Rub.* Officium, & Miſſa hodierna ordinantur modô heri declaratô.

5. Dies VII. *infra Octavam Apoſtolorum.* Semid. *Col. Rub.* Officium & Miſſa, uſque ad *Veſperas* exluſivè, ordinantur, uti 3. hujus. Veſperæ autem (niſi cras occurrat Feſtum Duplex 1. aut 2. Claſſis) dic. Ritu Dupl. minore de die Octava Apoſtolorum recitando omnia, uti in I. Veſperis de Communi Apoſtolorum, excepto Verſu, & Antiphona ad *Magnificat* (quæ dicuntur, ùt ſuprà die 3. Julii) nec non oratione, quæ eſt propria. Si hodie, aut cras occurrat Dominica, fit de illa Commemoratio in hodiernis Veſperis diei Octavæ Apoſtolorum. *Col. Rub.* Si verò cras occurrat *Feſtum* 1. *Claſſis* (v. g. *Dedicationis propriæ Eccleſiæ*, uti aliquando hic Oeniponti) aut etiam 2. Claſſis, Veſperæ hodiernæ, & craſtinum Officium integrè dicuntur de illo; de die autem Octavâ Apoſtolorum fit tantùm Commemoratio, poſtea Dominicæ, ſi quæ cras occurrat, non autem fit tunc Commemoratio de Dominica hodie occurrente, ſi in hodiernam Diem incidat Dominica.

6. Dies *Octava SS. Apoſtol. Petri & Pauli.* Dupl. min. *Col. Rub.* niſi hodie occurrat Feſtû 1. aut 2. Claſſis, Officium fit de illa, omnia dicendo ad *Matutinum*, & alias *Horas* de Communi Apoſtolorum, ùt infra Octavam, exceptâ oratione (*DEUS, cujus Dextera &c.*) quæ eſt propria &c. Lectio 1. Noct. de Scriptura occurrente, niſi ponendum ſit Initium alicujus libri Regum, nondum poſitum. II & III. Nocturni propria. Si occurrat hodie *Dominica*, fit de ea Commemoratio in Officio, ac Miſſa, quæ eſt propria, diciturque cum

*Gloria & Credo.* Præf. de Apoſtolis, & in fine illius legitur tunc Evangelium de eadem Dominica occurrente. *Col. Rub.*

In II. *Veſperis*, niſì cras occurrat Feſtum æqualis, aut altioris Ritus, dicuntur omnia de Communi Apoſtolorum, ùt in II. eorum Veſperis, exceptis Verſu ( *Conſtitues eos*) Antiphona ad Magnificat ( *Petrus Apoſtolus &c.*) & oratione DEUS, cujus *Dextera &c.* quæ dicuntur, ùt in heſternis Veſperis, cum Commemoratione Dominicæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.*

Quòd ſi hodie occurrat Feſtum *1. Claſſis*, v. g. Dedicatio propriæ Eccleſiæ [uti anno 1710. apud Nos hic Oeniponti ] tunc juxta *Rubric. Gen. I. n. 2. & Tabul. Concurr.* Officium, & Miſſa hodie dic. de Feſto, de Die autem *Octava* SS. Apoſtolorum fit eo Caſu ſolummodo Commemoratio in utriſque Veſperis, Laudibus, ac Miſſa, & de eadem die Octava Apoſtolorum, utpote habente Homiliam cum proprio Evangelio; dicenda inſuper tunc eſt juxta Gavant. *Tom. 2. S. 3. c. 11. n. 32.* Nona Lectio in fine III. Nocturni [dicendo vel primam tantùm Lectionem illius Homiliæ, vel omnes tres ſimul in unam conjunctas ] & in fine Miſſæ legendum etiam Evangelium de eadem met *Die Octava Apoſtolorum*, modò hodie non ſimul occurrat *Dies Dominica*; nam quando accidit, ut in diem Octavam Apoſtolorum Petri & Pauli non ſolùm incidat Feſtum 1. Claſſis [ v. g. *Dedicatio Eccleſia*, aut *Feſtum Patroni* ] ſed etiam *Dominica*, tunc 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Miſſa* talis Feſti [ in qua Præfatio de Apoſtolis ] debent dici de *Dominica*, non autem de *Octava*, habente Homiliam, & Evangelium proprium, uti alioqui in alia Feria juxta dicta dici deberent. Ità rurſum Gavant. *loc. cit. n. 37.* & cum eo Bauldry ſuprà cit. in recenti Editione, quorum Sententiæ libentiùs accedo, quàm quorumdam aliorum, qui apud Arnaudum. *Tr. 2. P. 1. Tit. 9. n. 32.* cenſent, etiam in tali Caſu legendum potiùs eſſe Evangelium *Octavæ*; tum quia [ inquiunt ] hujus Officium dignius eſt; tum quia hujuſmodi Evangelium non poteſt legi alio die, uti poteſt Evangelium Dominicæ, quod legi poteſt ſequentibus Diebus infra Hebdomadam.

Quemadmodum verò in dato Caſu dicenda eſt nona Lectio in *Officio*, & in *Miſſa* ultimum Evangelium de *Occurrente Dominica*, ità etiam [ attamen poſt Commemorationem de Die Octava ] facienda de illa eſt Commemoratio per ſe loquendo in utriſque Veſperis, Laudibus, ac Miſſa. Dixi : *per ſe loquendo*; Nam

Si cras occurrat Feſtum 1. Claſ-

ſis, tunc hodiernæ Veſperæ dicuntur de illo, de die autem Octava Apoſtolorum & Dominica *hodie* occurrente nulla fit in ijs Commemoratio. Si cras occurrat Feſtum 2. Claſſis, tunc in primis ejus Veſperis hodiernis fit quidem Commemoratio de die Octava Apoſtolorum, non tamen de Dominica hodie occurrente. *Tabul. concurr. &c.*

Si cras non ſit faciendum de Dominica, aut Feſto 9. Lectionum, hodie poſt Veſperas Diei dicto: *Benedicamus Domino &c,* & omiſſo verſu: *Fidelium animæ &c.* dicuntur in Choro *Veſperæ Defunctorum &c.* ſi autem craſtina Dies ſit impedita Feſtô 9. Lectionum [ſeu *ocurrente*, ſeu *translato*] tunc pridie alterius diei, in quo proximè fiet Officium de Feſto Simplici, aut de Feria, vel de S. Maria in Sabbato, dicuntur Veſperæ Defunctorum prædictô modô: recitari autem debent ſemper poſt Veſperas, etiam Feſti Duplicis, ſi quod pridie illius Diei occurrat, eſto ſit unum ex Majoribus, ùt patet ex Tabula 19. Henrici Groſſ, in qua poſt Veſperas ſecundas SS. Trinitatis, non obſtante, quòd hæc ſit Duplex 2. Claſſis, jubentur dici Veſperæ Defunctorum pro ſequente Feria II. non impedita Feſto aliquo 9. Lectionum. Exceptio an detur aliqua, conſtabit ex ijs, quæ alibi dicentur de Feſtis major. 1. Claſſ.

7. Prima Die Menſis Julij non impeditâ *Officiô 9. Lect.* dic. in Cho poſt Offic. Diei Officium Defun modô ſuprà die 27. Maij, & nii declaratô: In *Eccleſijs* que *Cathedralibus*, & *Collegiatis* primi Menſis Julij, non impeditâ O Duplici, vel Semiduplici, dici Miſſa principalis generaliter pro De functis Sacerdotibus, & Benefi ribus, & alijs [nempe quotidian niſi in ea occurrat Feſtum Simple vel Feria propriam habens Miſſa aut niſi reſumenda ſit Miſſa Do nicæ præcedentis, quæ fuit impe ta, & infra Hebdomadem no currit alius Dies, in quo reſum ſit; tunc enim in *Eccleſijs Cathed bus*, & *Collegiatis* dicuntur duæ M *Conventuales*, una pro Defunctis po *Primam*, alia de Feſto Simplici, a Feria prædicta, poſt *Sextam*: in Eccle ſijs autem non Cathedralibus, ne Collegiatis dicitur Miſſa de die rente, cum Commemoratione g neraliter pro Defunctis per oratio nem: *Fidelium*, quæ in Miſſis Defun ctorum ſemper dici debet ultimò lo co, quando plures dicuntur oratio nes.

Præterea hoc, & ſequentib Menſibus Feriâ II. cujuscunque He bdomadæ, in qua Officium fit de Feria, quæ non ſit prima Dies Men ſis, Feſtô 9. Lectionum non impedi tâ, dici poteſt *Miſſa principalis* [quo tidiana] pro Defunctis. Si tamen fuerit propria Miſſa de Feria [n

con-

contingit, in Caſu quô Vigilia alicujus Apoſtoli incidit in Feriam II.) aut dicenda ſit Feriâ illâ II. de Feſto ſimplici, vel ſit reſumenda Miſſa Dominicæ præcedentis, modò paulò antè dictô, tunc *Miſſa* quidem etiam *principalis* dicenda erit de die, tamen in ea, atque etiam Miſſis privatis fiet Commemoratio Generaliter pro Defunctis, dicendo nimium, ſed penultimô locô, collectam, ſeu Orationem: *Fidelium.* Plura huc pertinentia vide die 27. Maij, & die 1. Junij, necnon ſuprà P. I. poſt Dominicam 2. poſt Epiphan. Tit. 5. ac Fer. 2. poſt Dominicam 1. Adventûs &c. *à fol.* 295.

*Veſperæ* hodiernæ (ſi factum eſt hodie de Feria currente) dic. de S. Eliſabeth, Reginâ Portugalliæ viduâ, ſub Ritu Semid. Pſalmi de Commun. Virg. Antiphonæ propriæ de Laudibus hujus Feſti, cujus Officium in recentiſſimis Breviarijs extat in Ordine: in antiquioribus verò inter Feſta ad libitum die 4. Julij. Capitulum: *Mulierem fortem &c.* de Communi nec Virg. nec Mart. Hymnus, Verſus, Antiph. ad *Magnificat*, & Oratio propria, ùt ibi. *Col. Alb.*

8. S. Elisabeth, Reg. Portug. vid. Semid. de præcept. *Col. Alb.* *Offic.* ùt in communi nec Virg. nec Mart. ac propr. locô, juxta herì annotata.

Missa: *cognovi &c.*, ùt in Communi nec Virg. nec Mart. cum *Glor.* ſine *Credo*, niſì alicubi veniat infra Octavam Dedicationis, aut Patroni. *Oratio* 1. prout notatur hac die in recentiſſ. Miſſalibus, aut in fine antiquiorum 4. Julij inter Feſta ad libit. *Orat.* 2. à *Cunctis*, 3. ad libit. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In II. Veſperis (niſì cras occurrat Dominica, aut Feſtum 9. Lectionum) omnia ùt in 1. Veſperis, præter Antiph. propr. ad *Magnificat.* *Col. Alb.*

9. Si hodierna Feria ſit dies 1. Menſis non impedita Feſtô 9. Lectionum, aut Feria II. Similiter non impedita, tunc *Obſervanda* ſunt ea, quæ annotavi die 6. (in fine) & 7. hujus, ac loc. ibi cit.

*Veſperæ* hodiernæ diei, ſi factum ſit hodie de Feria, dic. ſub Ritu Semidupl. de SS. ſeptem Fratribus ac Rufina, & Secunda Virg. & Mart. ùt in I. Veſperis plur. MM. excepta Oratione, quæ eſt propria. Niſì veniat infra *Octavam*, dicuntur ad Veſperas Suffragia, & Preces Dominicales ad Completorium. *Col. Rub.*

10. SS. Septem Fratr. MM. & Ss. Rufinæ & Sec. Virg. & Martyr. Semid. *Col. Rub.* Si occurrat hoc Feſtum in Dominica, transfertur in ſeq. Feriam II. alioquin *Offic.* hodie dic. ùt in Cōmuni plur. MM. Lectiones I. Noct. de Scriptura occurrente, niſì ponendum ſit Initium alicujus Lib. S. Script. nondum poſitum. II. & III. Noct. propr. Reſponſorium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Octavum : *Hæc eſt vera Fraternitas &c.* Si transferatur hoc Feſtum in Feriam II. aut diem alium, in quo dicenda ſit 9. Lectio de Feſto Simplici occurrente, tunc convenit, ut Lectioni Octavæ jungatur nona, & ex duabus fiat una; quia in nona agitur de SS. MM. de quibus fit Officium. *Gavant. hîc.* Idem eſt, ſi Feſtum SS. 7. MM. occurrat in Dominica in loco, in quo celebratur ut duplex : tunc enim; quia 9. Lectio dicitur de Homil. Dominicæ, pariter 9. Lectio Feſti jungenda eſt Lectioni Octavæ. Ad *Laudes*, & *Veſperas* dic. Suffragia; nec non Preces Dominicales ad *Primam*, & *Completorium* (niſì currat aliqua Octava) cum reliquis, ùt in Comun. plurium MM.

*Miſſa* propr. cum *Gloria* ſine *Credo.* Orat. 2. à *Cunctis*, 3. ad libit. niſi transferatur in Feriam II. tunc enim Oratio II. eſt de Simplici occurente. 3. *à Cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

In 2. Veſperis (niſì hodie ſit Sabbatum) omnia dic. ùt in II. Veſp. plur. MM. cum Commemorat. S. Pij Pap. & Mart. Antiph. *Iſte Sanctus.* Verſ. *Gloria & Honore.* Orat. *Infirmitatem*, de Communi Vn. Mart. *Col. Rub.* Si autem hodie ſit Sabbatum, Veſperæ à Capitulo dic. de Dominicâ, cum Commemoratione præcedentis, & S. Pij Pap. & Mart. *Col. Vr.* niſì currat aliqua Octava v. g. Dedicationis. Si cras ſit Sabbatum, tunc 1. locô facienda eſt in hodiernis Veſperis Commemoratio de S. Maria in Sabbato, ùt ibi, 2. verò de S. Pio modô prædictô. *Col. Rub.*

Ubi Feſtum SS. ſeptem Fratr. MM. celebratur cum Octava, Lectiones II. & III. Noct. dicendæ ſunt, prout notantur in Octavar. Rom. à fol. 305. & fol. 182. hac &c.

11. S. Pij Pap. ac Mart. Simplex. *Col. Rub.* Niſì hodie occurrat fieri Officium 9. Lectionum de S. Maria in Sabbato, *Officium* de S. Pio in hunc modum : Ad... tur. Invitatorium, & Hymnus Communi un. Mart. Antiphonæ & Pſalmi ferial. de Feria curren. Lectio I. & II. de Script. occurrente (... ſì ponendum ſit Initium alicujus Libri Sac. Scriptur. nondum poſitum) 3. propria. Circa Verſ. Reſpons. &c. obſervanda ſunt ea, quæ ſupra die 19. Januar. & die 27. Maij in Feſto S. Joannis Pap. & Mart. quando iſtud cadit extra tempus Paſchale. Oratio : *Infirmitatem &c.* de Commun. un. Mart. Pontif. cui ſubjunguntur Commemorat. Commun. ſeu Suffragia Sanctorum in Laudibus.

Missa : *Statuit &c.* (1. de Commun. un. Mart. Pontif.) cum *Glor.* ſine *Credo.* Orat. 2. *à cunctis*, 3. ad libit. niſì ratione Menſis, aut Feriæ II. 2. locô dicendum ſit *Fidelium*, & 3. *à cunctis.* Præf. Commun. *Col. Rub.*

Si

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si Feſtum S. Pij incidat in Sabbatum, Officium fit hodie de S. Maria in Sabbato de S. Pio autem fit tantùm Commemoratio ( ſine Lectione ) in heſternis Veſperis, hodiernis Laudibus, ac Miſſa, quæ dic. uti notatur inter votivas de S. Maria à Pentecoſt. ad Advent. cum *Gloria* ſine *Credo*. Oratio 2. de S. Pio M. 3. de S. Spiritu, niſi ratione Menſis dicendum ſit *Fidelium*; tunc enim 2. ſeu penultimò locô ponendum eſt *Fidelium*, 3. verò locô ( ſi dicantur tantum tres Orationes ) facienda eſt Commemoratio de S. Pio Pap. ac Mart. Præf. de B. V. *Et Te in veneratione &c.* In fine : *Ite &c. Col. Alb.*

Si hodierna ſit prima dies non impedita Officiô 9. Lectionum, aut Feria II. ſimiliter non impedita, tunc obſervanda hodie ſunt ea, quæ ſuprà 7. hujus ſunt annotata : juxta quæ, ſi hod. ſit Sabb. ac proin ratione menſis dicendum ſit *Fidelium*, in Miſſis privatis de S. Maria Oratio 2. erit: *Fidelium*. 3. de S. Pio, niſi dicere lubeat 5. aut 7. Orationes ; tunc enim 2. erit de S. Pio, penultima verò *Fidelium*.

Vesperæ de S. Joann. Gualbert. Abbate, ſub Rit. dupl. minor : ùt in 1. Veſperis Conf. non Pontif. Oratio ( *Interceſſio Nos* ) de Commun. Abbat. Commemorat. SS. Naboris, & Felicis MM. Antiph. *Iſtorum eſt.* Veſp. *Lætamini* de Comun. plur. MM. Orat. propr. uti notatur 12. hujus. *Col. Alb.*

12. S. Joannis Gualberti Abbat. dupl. min. *Col. Alb.* Offic. de Commun. Conf. Non Pontif. Lect. I. Noctur de Script. occur. niſi ponendum ſit Initium alicujus Libri Reg. nondum poſitum. Lect. II. & III. Noct. propr. Commemoratio ( ſine Lect. ) de SS. MM. Nabore, & Felice. In Laudibus Antiph. *Veſtri Capilli.* Verſ. *Exultabunt.* Orat. propr.

Missa, utì notatur in Propr. Sanctor. hac die. *Gloria* ſine *Credo* ( niſi veniat in Dominica, vel infra Octavam ) Commemoratio de SS. MM. Nab. & Felic. & ante eam Dominicæ, vel diei infra Octavam, ſi in ijs occurrat hoc Feſtum. Præf. Commun. niſì veniat infra Octavam, quæ propriam habet Præfat. *Col. Alb.*

In II. Vesperis fit tantùm Commemoratio S. Anacleti Pap. & Mart. Antiph. Verſ. & Oratio ( *DEUS, qui Nos Beati &c.* ) ùt in Commun. un. Mart. Pontif. niſì cras occurrat Dominica ; tunc enim tranſlatò S. Anacletò in diem proximam non impeditam Officiô 9. Lectionum, in hodiernis Veſperis fit Commemoratio tantùm de Dominica. *Col. Alb.*

13. S. Anacleti Pap. & Mart. Semid. cum Suffragijs ad Laud. precibus Dominicalibus ad Primam, ni-

sì veniat infra Octavam. *Col. Rub.* Si occurrat hoc Feſtum in Dominica, transfertur in diem proximam non impeditam Feſtô 9. Lectionum, alioquin fit Offic. de eo, ùt in Commun. un. Mart. Pontif. Lect. I. Noct. de Script. occurr. niſi ponendum ſit Initium alicujus Libri Reg. nondum poſitum. Lect. II. Noct. utì notantur in Loco. III. Noct. de Homil. in Evangelium: *Si quis venit ad me &c*, ùt in Communi un. Mart. 1. locô.

Missa, uti notatur hac die, cum *Gloria* ſine *Credo*, niſì veniat infra Octavam non privilegiatam. Orat. 2. *à cunct.* 3. ad libit. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ. de S. Bonaventura Epiſcop. Conf. & Eccleſ. Doctor. ſub Ritu dupl. min. ùt in 1. Veſperis Conf. Pontif. Antiph. ad Magnificat: *O Doctor optime &c.* Oratio in loco, Commemoratio S. Anacleti, Antiph. & Verſ. ut in 2. Veſp. un. Mart. Ante Commemorationem de S. Anacleto fit etiam Commemoratio de Dominica, ſi hodie ſit Sabbatum. *Col. Alb.* Ubi S. Bonaventura celebratur Ritu dupl. 1. vel 2. Claſſ. non fit Commemoratio de S. Anacleto: fit tamen ibi hodie Comemor. de Dominica ſequente, quando ejus Feſtum occurrit in Dominica.

14. S. Bonaventuræ Epiſ. Conf. & Eccleſ. Doct. dupl. min. *Col. Alb.* Offic. de Commun. Conf. Pont. Lect. I. Noct. de Libro Eccleſiaſtici: *Sapientiam omnium antiquorum &c.* utì in Commun. Doctor. II. & III. Noct. utì in propr. loco, cum Reſpons. 8. *In Medio Eccleſiæ &c.*

Missa, utì notatur in Propr. Sanctor. cum *Gloria*, & *Credo*. Orat. Unica, niſì veniat in Dominica; tunc enim de hac fit Commemoratio in utriſque Veſper. Laudibus ac Miſſa, & quemadmodum tunc de Homil. Dominicæ dic 9. Lectio, ita & ult. Evang. in *Miſſa* dicitur de Dominica. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In II. Veſperis (in quibus Antiph. ad *Magnificat* eſt rurſum: *O Doctor optime &c*, reliqua de Commun. Conf. Pont.) fit Commemoratio S. Henrici I. Imperatoris, & Confeſſoris, ubi Is cum Eccleſia univerſali celebratur ſub Ritu ſolùm Semiduplici: Antiph. & Verſ. de Commun. Conf. non Pont. Oratio propria: *DEUS, qui hodierna &c.* utì notatur die ſeq. in Recentioribus Brev. Ubi verò S. Henricus celebratur Ritu *duplic. minore* (ùt in quibusdam Germaniæ Diœceſibus) ibi Veſperæ à Capitulo dicuntur de illo, cum Commemoratione præcedentis, niſi ubi celebratur Sub Ritu duplici 1. Claſſ. ibi enim in 1. Veſperis craſtini Feſti non fit Commemoratio de S. Bonaventura, utì nec Domminicæ, ſi quæ hodie occurrat, bene tamen Dominicæ ſequentis, ſi quæ cras occurrat. Pari modo, ubi Feſtum S. Bona-

naven-

venturæ celebratur Ritu dupl. 1. vel 2. Claſſis, ibi, ſi cadat in Feriam ... nulla fit in I. ejus Veſperis Commemorat. de Dominica præcedente, admittit tamen de Dominica ſequente Commemorationem in I. ſuis Veſperis, quando cadit in Sabbatum. Quænam autem dicendæ ſint Lectiones in II. &. III. Noct. diebus infra Octavam in ejusmodi Locis, habetur in Octavario Romano à. *fol.* 399. *&* 416. ac 424. Ubi hodiernæ Veſp. dicuntur ſaltem à Capitulo ſub *Ritu duplici* de ſequente *Feſto S. Henrici*, ibi in Hymno *Iſte Confeſſor &c.* hodie non mutatur tertius Verſus; cùm hodierna dies ſit dies obitûs (ut conſtat ex Martyrologio) imò nec cras in ejusmodi loco mutatur, tum ob ea, quæ infra dicentur die 2. Decembris; tum quia (ùt Nonnemo ibidem laudandus obſervat) ſimile quid contingit in Sancti hujus Officio circa Orationem, quæ ità inchoatur: *DEUS, qui hodierna die B. Henricum è terreni culmine Imperij ad Regnum æternum transtulisti &c*, ubi cùm illud: *hodierna die* per omnes horas retineatur, licet Feſtum uno die translatum ſit, non apparet cur idem non fieri debeat in Hymno.

15. S. Henrici Imperator. & Conf. *Semid.* cum *Suffragijs* ad Laud. & Veſper. nec non *precibus Dominicalibus* ad Primam, & Completor. hodiern. niſi veniat infra Octavam. *Col. Alb.* Offic. de Commun. Conf. non Pont. Lect. I. Noct. de Script. ùt 13. hujus. Lect. II. Noct. in Eccleſia univerſali, utì hìc notantur in recentioribus Breviarijs. III. Nocturni (itidem in Eccleſia univerſali) de Homil in Evang. *ſint Lumbi*, ùt in Commun. Confeſſ. Non Pontif.

Missa in Eccleſ. univerſ. *Os Juſti &c.* de Commun. Conf. cum *Gloria* ſine *Credo.* niſì veniat alicubi infra Octavam. Orat. 1. Propria [*DEUS, qui hodierna &c.*] utì notatur in recentioribus Miſſalibus hac die. 2. *à Cunctis.* 3. Ad lib. Præf. Commun. *Col. Alb.*

*Veſperæ*, ubi cras non fit de Feſto 9. Lectionum, aut de Dominica, hodie ſunt integræ de S. Henrico, ùt in 2. Veſperis Conf. non Pont. *Col. Alb.* Ubi verò cras celebratur Feſtum Commemorationis B. M. V. de Monte Carmelo, ſub Ritu dupl. majore, ibi Veſperæ dic hodie de Feſto Commemorationis, prout notantur die 16. Julij poſt Feſta ad libitum in Appendice quorumdam Breviariorum, aut certè in Proprijs, ut vocant, Diœceſanis, illarúmve Eccleſiarum, quibus hujusmodi Officia ex Indulto Sumi Pontif. ſpecialiter ſunt conceſſa, cum Commemorat. S. Henrici, quæ tamen Commemoratio ibi omittitur, ubi Feſtum Commemorationis ſolennis B. V. de Monte Carmelo celebratur Ritu duplici 1. aut 2. Claſſis, Feſtum au-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

item S. Henrici ſub Ritu tantùm Semiduplici: Nam, Si S. Henricus celebretur Ritu duplici minore (ùt in pluribus locis Germaniæ) non quidem fiet tunc de illo Commemoratio in hodiernis Veſperis ibi, ubi Feſtum craſtinum B. V. de Monte Carmelo celebratur Ritu duplici 1. Claſſis, bene tamen ibi, ubi celebratur Ritu duplici 2. Claſſis. In fine Hymnorum Completorij, & aliorum, dic. *JESU, Tibi ſit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.* Ubi cras fit de S. Maria in Sabbato, ibi in 2. Veſperis hodierni Feſti fit Commemoratio de illa: ubi verò cras fit de Dominicâ, ibi hodiernæ Veſperæ in locis, in quibus S. Henricus eſt tantùm Semidup. dicuntur à Capitulo deDominica,cumCommemoratione præcedentis; in locis autem, ubi S. Henricus eſt duplex, fit de Dominica tantùm Commemoratio. *Col. Officio conveniens.*

Alicubi hodierna die celebratur Divisio ss. Apostolorum ſub Ritu duplici minore, *Ritu*, ac *Modô* deſcriptô in Proprio Diœceſano (cum *Gloria*, *Credo* & Præf. de Apoſtolis in Miſſa) Feſtum autem S. Henrici Imperatoris transfertur in ſeq. diem: & ſiquidem ibi celebretur ſub Ritu dupl. min. Veſperæ hodiernæ dic. ibi à Capitulo de S. Henrico cum Commemoratione Feſti Diviſionis SS. Apoſtolorum. *Col. Alb.*

Ubi S. Henricus celebra[tur] ſub Ritu duplici minore, aut etiam altiore, v. g. 1. Claſſis, ibi eadem ſunt obſervanda, quæ circa Feſtum S. Bonaventuræ 14. hujus: & ſi quidem celebretur cum *Octava*, Lectiones II. & III. Nocturni dierum infra Octavam, in quibus fit Ritu Semiduplici de Octava, dicendæ ſunt prout notantur inOctavarioRomano à *ſupr. cit.* f. 416. & 424. Tit. inf. Octavam *Confeſſ. non Pont.* obſervandis ſimul ea, quæ habentur in Prolegomenis ejusdem Octavarij in Annotationibus ad Octavas ſpectantibus in Nota ad Tit. 26. qui eſt: *De Lectionibus*; item ea, quæ ibidem habentur Tit. 34. & 35. ubi dicitur infra Octavas non dici Preces Dominicales ad *Primam*, & *Completorium*, nec Suffragia de Sanctis ad Laudes, & Veſperas, etiamſi Officium non fiat de Octava, ſed de Feſto aliquo Semiduplici occurrente.

16. Si hodierna dies ſit prima dies Menſis non impedita Officio, aut Feſtô 9. Lectionum, tunc hodie, & in pridianis Veſperis ſunt obſervanda, quæ ſuprà ad diem 1. hujus menſis, nec non locis ibi cit. ſunt annotata: & ſiquidem hodie factum ſit de Feria, Veſperæ hodiernæ dicentur ſub Ritu Semidupl. de præcepto de ſequente Feſto S. Alexij Confeſſ. ùt in I. Veſperis de Communi Confeſſ. non Pontif. Oratio: *DEUS, qui Nos Beati &c*, ùt in eodem

Com-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Communi: dic. Suffragia, & ad Completor. Preces Dominicales. *Col. Alb.*

In Provincijs Hæreditarijs, Auguſtiſſimo Imperatori Auſtriaco Romano, uti & omnibus Regi Catholico ſubjectis celebratur hac die, vel alia infra Octavam, Feſtum Commemorationis B. V. M. de Monte Carmelo ſub Ritu duplic. majore, prout notatur locis herì allegatis.

17. S. Alexii Confeſſ. Semiduplex à tempore Innoc. XII. ubique de Præcepto, cum Suffragijs ad Laudes & Veſperas, ac Precibus Dominicalibus ad *Primam*, & *Completorium*: niſi veniat infra Octavam. *Col. Alb.* Si veniat hoc Feſtum in Dominica, transfertur in diem proximam non impeditam; alioquin fit *Officium* de eo, ùt in Commun. Confeſſ. non Pontif. Lect. I. Noct. de Script. occurr: niſì ponendum ſit Initium alicujus libri S. Script. nondum poſitum. Lectio II. & III. Noct. uti notantur in proprio loco in recentioribus Breviarijs, vel in antiquis in Appendice Feſtorum ad libit. hac die.

*Miſſa*: utì notatur hac die, cum Gloria, ſine *Credo*: niſi veniat infra Octavam. Oratio 2. à *Cunctis*. 3. ad libit. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In 2. Veſperis (dicendis integrè de S. Alexio, niſì cras occurrat Dominica, aut Feſtum 9. Lectionum) fit Commemoratio de Ss. Symphoroſa, & 7. Filijs MM. Antiph. & Verſ. ùt in Commun. plur. Martyr. Orat. *DEUS, qui Nos concedis SS. Martyrum tuorum Symphoroſæ, & Filiorum ejus &c.* ùt in eodem Communi. *Col. Alb.*

18. SS. Symphoroſæ, & 7. Filior: MM. Niſì hodie occurrat fieri Officium 9. Lectionum (v.g. de Dominic, aut Feſto 9. Lectionum, ſeu *occurrente*, ſeu *translato*) vel de S. Maria in Sabbato, *Officium*, & *Miſſa* fiunt Sub Ritu Simplici, & Col. Rubr. de ipſis in hunc modum: Ad *Matutinum* Invitatorium, & Hymnus dicuntur de Commun. plur. Mart. Antiphonæ, & Pſalmi feriales de Feria currente; at *Verſus* poſt Pſalmos, utì & *Abſolutio*, nec non *Reſponſor.* poſt Lectiones (exceptô ſecundô, quod eſt: *Hac eſt Vera Fraternitas &c.*) Sumenda ſunt ex eo Noct. de Commun. plurimorum Martyrum, qui reſpondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. ex I. Nocturno de Communi plur. MM. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturn. Feriâ IV. ex III. Nocturno Benedictio 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Quorum Feſtum colimus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Lectio I. de Scriptura currentis Feriæ. 2. & 3. propriæ: poſt 3. Lection. dic. Hymn. *Te DEUM laudamus.* Ad *Laudes* (in quarum fine dic. *Suffragia*) & per Horas omnia dicuntur, ùt in Commun. plur. MM. etiam Oratio: DEUS,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*US, qui Nos concedis &c.* cum precibus Dominicalibus ad *Primam*. Vide Dicta 19. Januar. ubi declaratur modus dicendi *Officia* Feſtorum Simplicium, ſeu 3. Lectionum.

Missa, uti notatur in propr. Sanctorum, cum *Gloria*, ſine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libit. niſi ratione menſis aut Feriæ II. dicendum ſit *Fidelium* ſecundô, ſeu penultimô locô, & 3. *A cunctis*. Præfat. Commun. *Col. Rub*

Si hodierna dies ſit Prima dies Menſis non impedita Officio 9. Lectionum, aut Feria II. Currentis Hebdomadæ, tunc circa dicendum in Choro *Officium Defunctorum*, ac *Miſſam principalem*, & *privatas* obſervanda ſunt ſuperiùs annotata die 7. Julij, eúmque proximè præcedente.

Vesperæ, Si nec hodie, nec cras occurr. fieri Officium 9. Lectionum, nec de S. Maria in Sabbato, dicuntur de hodierna Feria currente, ùt in Pſalterio. Oratio Dominicæ præced. cum Commemorat. de Cruce, &c. *Col. Vir*. Quòd ſi verò cras ſit Sabbatum, Veſperæ nonniſi usque ad Capitulum ſunt feriales de Feria VI. currente, à Capitulo autem de S. Maria in Sabbato cum Suffragijs de Apoſtol. ac reliquis, ùt ſuô locô. *Col. Alb.*

19. Si hodie ſit Sabbatum, nec occurrat fieri de Feſto 9. Lectionum Officium, ac Miſſa dicentur de S. Maria in Sabbato, ut ſuis locis notatur. Inſuper ſunt obſervanda heri, & hujus annotata, ſi dies hodierna ſit aut prima dies Menſis non impedita Officiô 9. Lectionum, aut Feria II. currentis Hebdomadæ.

Vesperæ hodiernæ, ſi hodie factum eſt de Feria currente, & cras non occurrit fieri Officium 9. Lectionum, nec de S. Maria in Sabbato, dicentur usque ad Capitulum de Feria curr. ùt in Pſalterio (adeoque erunt feriales) à Capitulo autem de S. Margarita Virg. & Mart. ùt in Veſp. de Commun. Virg. Orat. *Indulgentiam*, ut in eodem Commun. 2. locô. Dicuntur Suffragia, cum precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Rub.*

Si cras occurrat fieri de S. Maria in Sabbato, Veſperæ hodiernæ dicuntur usque ad Capitul. de Feria currente à Capitulo de S. Maria in Sabbato, cum Commemoratione S. Margar. V. & M. & cum Suffragijs de Apoſtol. ac reliquis, ut ſuô locô. *Col. Alb.* Si cras occurrat fieri de Dominica per annum, Veſperæ hodiernæ usque ad Capitulum dicuntur de Sabbato currente: à Capitulo verò de craſtina Dominica, ut in Pſalter. ac Proprio de tempore, cum Commemoratione S. Margaritæ V. & M. Suffragijs Sanctor. & Precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Vir.*

20. S. Margaritæ Virgin. & Martyr. niſi hodie occurrat fieri Officium 9. Lectionum, aut de S. Maria in Sabbato, Officium & Miſſa dic. hodie ſub *Ritu duplici* & *Col. Rub.* de S. Margarita Virgine & Martyr. in hunc modum: Ad Matuti *Invitatorium, & Hymn.* dic. de Communi Virg. & Martyr. *Antiphonæ, & Pſalmi feriales* de Feria currente. *Verſus* poſt Pſalmos, uti & *Abſolutio*, nec non *Reſponſoria* poſt 1. & 2. Lectionem ſumuntur ex eo Nocturno de Communi Virg. & Martyr. qui Feriæ currenti reſpondet, modò die 7. Julij &c. declaratò. Benedictio 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Cujus Feſtum &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Lectio I. & II. de Scriptura Feriæ currentis. 3. *Quoniam hodie natalis eſt Virginis &c.* (prout notatur hac die in Propr. Sanctor.) & poſt eam dic. Hymn. *Te DEUM laudamus &c.* Ad Laudes, & per Horas omnia (etiam Oratio: *Indulgentiam*) dic. ùt in Communi Vn. Virg. Mart. cum Suffragijs Sanctorum *ad Laudes*, & Precibus Dominicalibus *ad Primam*.

Miſſa: *Me exſpectaverunt &c.* de *Communi* Virg. & Mart. cum *Glor.* ſine *Cred.* Oratio 2. & 3. cum alijs, ùt 6. hujus. *Col. Rub.*

Si hodiernum Feſtum Simplex incidat in Sabbatum, aut in Dominicam, fit in Officio, & Miſſa hodiernæ diei de S. Margarita ſuis locis ſolummodo Commemoratio ſine ultima de ea Lectione, etiam in Officio Dominicali, quia nimirum propriam non habet, ſed tantùm de Communi.

Ubi Feſtum S. Margaritæ Virg. & Martyr. aut hodie, aut die alio habet altiorem Ritum (utì in pluribus Germaniæ Diœceſibus) ibi *Officium*, & *Miſſa* ordinantur reſpectivè juxta Proprium Diœceſanum cujusvis Diœceſis, aut Eccleſ: particularis legitimè approbatū. Quòd ſi alicubi S. Margarita ſit Patrona *Eccleſiæ*, adeoq; dupl. 1. Claſſ. *Offic.* fiet de ea, utì dicetur infrà P. III. (Tit. 1. *de Patrono*) & diebus infra Octavam dicentur Lectiones II. & III. Nocturni, prout notantur in Octavario Romano infra Octavam Virginum, à fol. 462. & 479.

Vesperæ hodiernæ (ſi hodie factum eſt Ritu Simplici de S. Margarita, & cras eodem Ritu fiet de S. Praxede) dicuntur usque ad Capitulum de Feria curr. ùt in Pſalterio, à Capitulo verò de S. Praxede Virg. ùt in 1. Veſp. de Commun. Virg. Oratio *Exaudi nos DEUS &c.* de Com. Virg. *Col. Alb.* Si cras occurrat Sabbat. aut Dominica, Veſperæ hodiernæ ordinantur cum proportione modò herì annotatò. Obſervanda quoque ſunt tam hodie, quàm cras, die 18. 16. & die 19. hujus annotata.

21. S. Praxedis Virg. Niſi hodie occurrat fieri Officium 9. Le-

ctionum, aut de S. Maria in Sabbato, Officium & Miſſa dic. hodie ſub Ritu Simplici, ac *Col. Alb.* de S. Praxede Virg. in hunc modum: ad Mat. dic. *Invitatorium* & *Hymnus* de Commun. Virg. non Mart. *Antiphonæ*, & *Pſalmi* feriales de Feria Currente, ùt in Pſalter. *Verſus* poſt Pſalmos, utì & *Abſolutio*, cum *Reſponſoriis* poſt 1. & 2. Lectionem, ſumuntur ex eo Nocturno de Communi Virginum tantùm, qui Feriæ Currenti correſpondet, modô die 7. & 18. hujus explicatô, Benedictiones, ut herì. Lectio 1. & 2. de Scriptura Feriæ curr. 3. propria, utì notatur in Proprio Sanctorum, & poſt eam dic. Hymn. *Te DEUM laudamus &c.* Ad *Laudes*, & per *Horas* omnia (etiam Oratio: *Exaudi nos DEUS &c.*) dic. ùt in Commun. Virg. tantùm: cum *Suffragijs* Sanctorum ad Laud. & precib. Dominicalibus ad *Primam*.

Missa, utì notatur in Propr. Sanctor. cum *Glor.* ſine *Cred.* Oratio 2. & 3. cum reliquis, utì 18. hujus. *Col. Alb.*

Si hodiernum Feſtum Simplex incidat in Sabbatum, tunc dic. hodie Officium de S. Maria in Sabbato, ùt ſuô notatur locô, de S Praxede autem fit tantùm Commemoratio in pridianis Veſperis, ac hodiernis Laudibus, & Miſſa, ſine ultima de illa Lectione. *Col. Alb.* Si autem incidat in diem Dominicam, tunc non modò in 1. *Veſperis, Laudibus, ac Miſſa* Dominicæ fit Commemoratio, ſed etiam dicitur 9. Lectio de S. Praxede, & tunc *Col. Vir.*

Veſperæ hodiernæ dic. in Eccleſia Univerſali ſub Ritu dupl. min. de S. Maria Magdalena. Antiphona: *Dum eſſet Rex*, cum Reliquis de Laudibus ex Commun. non Virg. Pſalm. *Dixit Dominus*, cum reliquis de Communi Virg. Capitulum *Mulierem fortem &c.* de Commun. non Virg. utì in loco. Hymn. propr. cum Verſu: *Diffuſa eſt Gratia &c.* ibi. Antiphona ad Magnificat, & Oratio pariter ſunt propr. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat Dominica, fit de illa in hodiernis Veſperis Commemoratio, exceptis illis *locis*, in quibus craſtinum Feſtum celebratur ſub Ritu duplici 1. aut 2. Claſſis. Si autem cras occurrat Dominica, tunc in hodiernis (dicendis de S. Magdalena) fieri debet Commemoratio Dominicæ ubique, ac proinde etiam ibi, ubi S. Magdalena eſt duplex 1. aut 2. Claſſ.

22. S. Mariæ Magdalenæ. dupl. min. *Col. Alb.* Offic. ùt in Commun. nec Virg. nec Mart. ac propr. Iſtud habet namque proprium Invitatorium (*Laudemus DEUM noſtrum in converſione Mariæ Magdalenæ*) & Hymn. propr. cum propr. Lectionibus in Matutino: propria item Reſponſoria poſt Lectiones 1. Nocturni, ac denique proprium Hymnum, & Verſum ad Laudes, cum propria Antiphona



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

phona ad *Benedictus*. Oratio pariter eſt propria, eadem nempe, quæ in I. Veſperis: reliqua, ut in Commun. nec Virg. nec Martyr. Si occurrat hoc Feſtum in Dominica, tunc etiam ibi, ubi eſt duplex I. Claſſis, in utriſque illius Veſperis, Laudibus, ac Miſſa debet fieri Commemoratio de Dominica, cum 9. Lectione de Homilia ejusdem Dominicæ in *Officio*, ac ultimo ejusd. Evangelio in *Miſſa*, quam habet propriam: dicitur autem cum *Gloria*, & Credo (etiam extra Dominicam, ac propr. Eccleſiam) cum Oratione unica, & Præf. Commun. *Col. Alb.*

Si incidat hoc Feſtum in Dominicam, tunc, quia 9. Lectio dicenda eſt de Dominica, rectè ex Lectione Octava & Nona Feſti fit una. Habet S. Magdalen. *Credo*; quia in Reſurr. fuit Apoſtolorum Apoſtola. Gavant. *Veſperæ* hodiernæ dicuntur in Eccleſia Univerſali usque ad Capitulum de S. Maria Magdalena, cum Antiphonis, ac Pſalmis, ùt in I. Veſperis; à Capitulo autem de S. Apollinari Epiſc. ac Mart. (dicendo omnia, ùt in Commun. un. Mart. excepta Oratione, quæ eſt propria) cum Commemoratione S. Mariæ Magdalenæ (Antiph. *Mulier, quæ erat &c.* Verſ. *Elegit eam &c*, ùt ibi) & S. Liborij Epiſcop. ac Confeſſ. Orat. *Da quæſumus &c.* de Commun. Confeſſ. Pontif. Si hodie, aut cras occurrat Dominica, fit (ante Commemorat. de S. Liborio) ubique etiam hujus Commemoratio. *Col. Rub.* Ubi verò S. Maria Magdalena eſt *Patrona* Templi, ſive Titularis Eccleſiæ, ibi integræ Veſperæ dicuntur hodie de illa, recitando omnia, ùt in I. Veſperis (excepto Verſu, qui in hodiernis Veſperis eſt: *Elegit eam &c.* cum Commemoratione S. Apollinaris, & Dominicæ hodie, vel cras occurrentis, non tamen Dominicæ præcedentis hoc Feſtum; nam hujus Commemorationem excludunt in I. Veſperis Duplicia I. & 2. Claſſis, eſto eam admittant Duplicia alia inferioris Claſſis. *Col. Alb.* De S. Liborio quoque (cui ab Anno 1702. pro die 23. Julij in Eccleſia univerſ. eſt *Ritus Simplex* conceſſus, nec non Commemoratio in pridianis Veſperis, & Laudibus craſtini Feſti, attamen ſine 9. Lectione) nulla fit ibi Commemoratio, ubi S. Magdalena, aut S. Apollinaris celebratur Ritu dupl. I. Claſſis.

Ubi Feſtum S. Mariæ Magdalenæ eſt Feſtum Patrocinij, adeoque celebratur cum Octava, ibi Lectiones II. & III. Nocturni dicuntur *Diebus infra Octavam* prout notantur in Octavario Romano à fol. 508. & 177.

23. S. APOLLINARIS Epiſc. & Mart. dupl. min. *Col. Rub.* In Offic. omnia dicuntur de Commun. un. Mart. præter Orat. & Lectiones II. & III. Noct. In I. Noc. autē dic. de Scrip.

currente, niſi ponendum ſit Initium alicujus Libr. Reg. nondum poſitum. In Laudibus fit in Eccleſia univerſali Commemoratio de *S.* Liborio Epiſ. & Conf. Oratio : *Da quæſumus &c.* de Commun. Conf. Pont. Si hodie *occurrat*, aut *concurrat* Dominica, fit de ea pariter Commem. ac alia, ùt heri.

Missa. propr. cum *Gloria* & Commemoratione de *S.* Liborio Epiſc. & Conf. de quo Oratio regulariter: *Da quæſumus &c.* ex Miſſa *Statuit* 1. de Commun. Conf. Pont. Non dic. *Credo*, niſi veniat in *Dominica*, vel infra Octavam admittentem *Credo*, & tunc fit etiam de Dominica, aut die infra Octavam Commemoratio. Præf. *Commun. Col. Rub.*

Si Vigilia *S.* Jacobi Apoſtol. veniat in Dominica, tunc Vigilia illa etiam quoad *Jejunium de Præcepto* anticipatur ad Sabbatum præcedens, in quo *Officium*, ac *Miſſæ privatæ* dicuntur de *S.* Apollinari, cum Commemoratione Vigiliæ (& poſt eam etiam *S.* Liborij per Orat. *Exaudi*, ut infrà, in *Laudibus*, ac *Miſſa* tantùm, nec non cum 9. Lectione de Homilia ejuſdem Vigiliæ in *Officio*, & ultimo Evangelio de eadem in in illis Miſſis : at verò in Eccleſijs *Cathedralibus* & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Miſſæ conventuales*, una de *Feſto S.* Apollinaris poſt Tertiam *Col. Rub.* Altera de *Vigilia*. Col. Viol. In priore dic : *Gloria* ſine *Credo*, & Commemorat. de *S.* Liborio tantùm niſi occurrat dies infra Octavam; tunc enim ante Commemorationem de Feſto Simplici fit etiam Commemoratio de die infra Octavam. In poſteriore (quæ dic. ſine *Gloria*, & *Credo*) 2. Oratio eſt *Concede*, … Eccleſiæ, vel pro Pap. uti notatum poſt Dominicam in Albis. In utraque dic. Præf. Commun. & in fine utriusque Evang. S. Joannnis. Quia verò in tali Caſu, quô nempe Feſtum *S.* Apollinaris hac die 23. Julij occurrens venit in Sabbato, & idem Sabbatum tunc anticipatum *Jejunium & Miſſa Vigiliæ* modò antedictô, tam in *Laudibus*, quàm in *Miſſis privatis* hodierni Feſti facienda eſt Commemoratio non tantùm S. Liborij, ſed ante eam etiam *Vigiliæ S.* Jacobi; ex altera autem parte Oratio de *S.* Liborio (*Da quæſumus &c.*) eſt quaſi eadem cum Oratione Vigiliæ, ideò ad utriusque Orationis varietatem aſſumenda eſt in tali occurrentiâ pro Commemoratione de S. Liborio Oratio : *Exaudi quæſumus Domine &c.* 2. De Commun. Conf. Pont. juxta ea, quæ habent, & inſinuant Rubricæ Generales Miſſalis Romani *Tit. VII. n.* 8. & Gavant. ibidem.

Si Feſtum *S.* Apollinaris transferatur in Feriâ II. eò quòd v.g. alicubi in Dominicam præcedentem ſeu diem 23. Julij incidat Feſtum

Dedi-

Dedicationis propriæ Eccleſiæ, aut aliud, habens Ritum altiorem, tunc in Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis pariter cantantur die illâ duæ Miſſæ Conventuales: *Prior* poſt Tertiam de Feſto *tranſlato* S. Apollinaris, cum Commemeratione *S.* Chriſtinæ tantùm, niſi occurrat ſimul dies aliqua infra Octâvam; tunc enim 2. locò dicenda eſſet Oratio de die infra Octavam, & 3. locò de *S.* Chriſtina: *Poſterior* poſt Nonam de *Vigiliæ*, cum alijs in utraque reſpectivè, ut ſuprà. *Miſſæ privatæ* verò in eo Caſu dic. de *S.* Apollinare, uti & Officium cum Commemoratione *Vigiliæ*, & poſt hanc de *S. Chriſtina*, nec non cum 9. Lectione de Homilia in Evang. Vigiliæ in *Officio*, & ult. Evangel. in *Miſſis* ejusmodi privat. *Col. Rub.*

Quommodo ordinandum ſit Officium de S. Apollinare quoad Lectiones II. & III. Nocturni infra Octavum, ubi is tanquam Patronus, ſeu Titularis Eccleſiæ celebratur cum Octava, habetur in Octavario Romano à fol. 222. & 182. hac die.

*Veſperæ* hodiernæ ſunt regulariter de S. Apollinare. In iis dic. Omnia (excepta Oratione) ùt in 2. Veſper. in Communi un. Mart. & fit Commemoratio *S.* Chriſtinæ Virg. & Martyr. Antiph. Verſ. & Oratio (*Indulgentiam*) de Commun. Virg. & ante eam Dominicæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.* Ubi S. Chriſtina eſt Patrona loci aut Titularis Eccleſiæ, ibi integræ Veſperæ dicuntur de S. Chriſtina, ſine Commemoratione S. Apollinar. imò & Dominicæ, ſi quæ hodie occurrat, cum Commemoratione tamen Dominicæ ſubſequentis, ſi quæ ſubſequatur. *Col. Rub.* Ubi verò eadem S. Chriſtina celebratur ſub Ritu dupl. minore (uti Viennæ) ibi Veſperæ hodiernæ ſunt ſaltem à Capitulo de illa, cum Commemoratione S. Apollinar. & Dominicæ, ſeu occurrentis, ſeu concurrentis: licèt autem tunc in utroque Caſu dicatur craſtinum Officium de S. Chriſtina Virg. & Martyr. uti in Commun. Virg. & Martyr. ac Proprio Diœceſano, ibi tamen, ubi eſt duplex 1. Claſſis, nihil cras fit tam in *Miſſa*, quàm in *Officio*, de Vigilia; at verò, ubi eſt duplex minus, ibi cras in Officio dic 9. Lectio de Homil. Vigil. & ult. Evang. in fine Miſſæ, cum Commemoratione de eadem Vigil. in Laudibus, & Miſſis privatis: in *Eccleſijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* dic. tunc duæ Miſſæ convent. *una* de *Feſto*, *altera* de *Vigilia*, modô die præced. &c declaratô. Alicubi (Teſte Gavant. Tom. 2. *S.* 3. C. 7. n. 3.) pridie S. Chriſtinæ Virg. & Martyr. nempe hac die 23. Julij, niſi ſit Dominica, jejunatur ratione Vigiliæ S. Jacobi Apoſt. in craſtino ejus Feſto occurrentis, quod ibi eſt Feſtum

Patro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Patronæ: poſſe enim Epiſcopum in Feſto Solemni Patroni loci, ſi in eo occurrat Vigilia, transferre *Jejunium* in pridianum diem, apud eundem docet Cajet. V. *Jejunium cum Tabiena* & alijs, ad eum modum, quô ijs annis, quibus Vigilia S. Joann. Baptiſtæ incidit in Feſtum Corporis Chriſti, anticipatur Jejunium in Eccleſia univerſali ad diem pridianum Feſti Corporis Chriſti, nempe ad Feriam IV. præcedentem, cúmque præmiſiſſet: *Vigiliam* occurrentem in *in Feſto* 1. *Claſſis* nullum in hujus Officio habere locum, ne quidem Commemorationem (ne ſcil. Feſti Solemnitas imminuatur) ſubjungit dein, ſuô quoque judiciô expedire, ut Auctoritate Majorum in hujusmodi Caſu dictô modô ante illud Feſtum Jejunium Vigiliæ, in eo occurrentis, anticipetur: Officium tamen Vigiliæ (ut ibidem notat) non eſt anticipandum, ob rationes, ídq; ex eo ac Rubricis infra die 30. Octobr. &c. afferendas.

24. Vigilia S. Jacobi majoris Apoſtoli Rit. Simpl. *Col. Viol. Jejunium de præcepto.* Offic. fit feriale, ut in Pſalter. cum Antiph. Pſalmis, & Verſu de Feria curr. Lectiones verò tres de Homilia S. Gregor. Pap. in Evang: *Hoc eſt Præceptum meum*, uti in communi Sanctor. in Vigilijs Apoſtolor. Reſponſoria de Feria currente, niſi ponenda ſint Reſponſoria primi Nocturni ejus Dominicæ, in qua ob occurſum Feſti Dupl, pri... poni nondum potuerunt, ut h... betur Rubr. General. XXVII. ... Ad Laudes & per Horas dic. pr... ferial. flexis genib. Oratio de Vigil... notatur in loc. In Laudibus ... Commemorat. de S. Chriſtina V... & Mart. cui ſubjungitur Comm... morat. de Cruce, cum ſuffrag. Sa... ctor.

Missa de Vigilia: *Ego a... ſicut oliva &c*, ut in Vigil. un. Apo... (extans 1. locô tum in Comm... Sanctor. tum etiam in Ord. in... centiorib. Miſſalib.) ſine *Gloria* & *Credo*. Orat. 2. de S. Chriſtina ... *dulgentiam &c.* 3. *Concede*, niſi ... tione Feriæ II. aut ratione ... in *Miſſis* privatis 2. locô dicenda ſit O... ratio *Fidelium*, & tertiô Oratio de S. Chriſtina. Præf. Commun. In ... ne *Benedicamus*, & Evang. S. Joan... *Col. Viol.*

Quando *Vigilia S. Jacobi* veni... in Dominica, tunc hodie fit *Officium*, & *Miſſa* de Dominica, cum Commemoratione utrobique de S. Chriſtina Virg. & Mart. & tunc in Miſſa Oratio. 3. eſt *à Cunctis*: at verò Je*junium Vigiliæ* anticipatur ad Sabbatum præcedens, & *Officium*, ac *Miſſæ* tunc ordinantur modô heri declaratô. Ibidem vide, quid obſervandum, quando in die hujus Vigiliæ occurrit Feſtum 9. Lectionum, ut tale in eam transfertur.

Quid verò obſervandû, ſit tunc

circa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ica *Miſſas* præſertim ( tam *privatas*, iam *Conventuales* ) quando hodier- a Vigilia incidit in *Diem* aliquam Octavam, aut in *Diem infra Octavam*; item, quando incidit in *Diem primam* Menſis non impeditam Feſtô 9. Le- ctionum, ac denique in Feriam II. ſimiliter non impeditam, vide ſu- pra die 23. Junij in Vigil. Nativit. S. Joann. Bapt.

Officia (idem eſt de Missis) alioqui nonnullis Congregationibus, aut Eccleſijs conceſſa, ut ſemel, vel pluries in Hebdomade, aut Menſe, Diebus non impeditis Feſtô aliquô 9. Lectionum dici queant de Venerabili. v. g. Sacramento, aut de Immaculata Conceptione B. M. V. vel Ordinis Patronis &c, non poſ- ſunt ampliùs dici in hac, aut qua- cunque alia *Vigilia*, nisì pro hujus- modi quoque diebus ſpecialis facta ſit mentio in Conceſſione ejusmodi Of- ficiorum, uti conſtat ex Decreto S. R. C. de die 20. Martij. 1706. quod in memoriam hîc placuit revocare. Vide dicta ſuperiùs ad diem 23. Fe- bruar.

Vesperæ de S. Jacobo Apoſt. ſub Ritu dupl. 2. Claſſis. Omnia de Communi Apoſtolorum, ùt ibidem in 1. Veſper. præter Orat. quæ eſt propr. cum Commemoratione Do- minicæ, ſi quæ cras occurrat; ſi au- tem hodie Dominica occurrat, tunc neque de Dominica ſit aliqua Com- memoratio. *Col. Rub.*

25. S. Jacobi Major. Apoſtol. dupl. 2. Claſſis. *Col. Rub.* In Of- ficio omnia, ùt in Commun. Apoſtol. exceptis tantùm Lectionibus II. & III. Noct. quæ unà cum Oratione dicuntur, ùt in propr. locô, cum Commemoratione S. Christophori Mart. ùt ibi, ſed in *Laudibus*, & *Miſ- ſis privatis* tantùm, nisì occurrat hoc Feſtum in Dominica, tunc enim ( & quidem in Miſſis privatis ante Commemprationem de S. Chriſto- phoro ) fit pariter Commemoratio de Dominica in *Officio*, & *Miſſa* etiam ſolenni, cum 9. de Homil. Domi- nicæ in illo Lectione, & ultimo e- jusdem in hac Evangelio.

Dicitur autem Missa, prout notatur in Propio Sanctor. cum *Glo- ria & Credo* ſine Commemoratione in *Miſſa ſolenni*, nisì ſolius Dominicæ, ſi quæ occurrat, in *Miſſis* verò priva- tis etiam S. Chriſtophori. Præf. de Apoſtolis. In fine Evangel. Domi- nicæ etiam in *Miſſa ſolenni*, ſi hodie ſit dies Dominica, alioquin Evangel. S. Joann. *Col. Rub.*

In 2. *Veſperis* (quæ, ubi S. Anna non eſt Patrona, dicuntur de *S.* Ja- cobo, ùt in 2. Veſperis in Communi Apoſtolorum ) fit Commemoratio S. Annæ ( Antiphon. & Verſ. de Commun. non Virg. Orat. Propr. ) & Dominicæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.* Ubi verò S. An- na eſt *Patrona Titularis* Eccleſiæ, ibi Veſperæ dic. integræ de S. Anna, cum

Com-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commemoratione S. Jacobi, ubi hic non eſt Patronus (nam, ubi eſt Patronus, ibi adhuc dicuntur integræ de ipſo, utpote digniore) & Dominicæ, ſi quæ cras occurrat, non tamen Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Alb.*

Ubi S. Jocobus Apoſtol. eſt *Patronus titularis* Eccleſiæ (uti eſt Oeniponti) ibi celebratur Ritu duplici 1. Claſſis, & cum Octava, nihil tamen ibi fit in *Officio*, aut *Miſſa* de S. Chriſtophoro Mart. de Dominica autem hodie occurrente fit in illis ùt ſuprà die 22. hujus. Ad Lectiones in II. & III. Noct. infra Octavam S. Jacobi in Ejusmodi locô dicendas quod attinet, dicendæ ſunt illæ in II. Noct. prout notantur in Octavario Romano in Communi Octava Apoſtolor. à fol. 183. In III. verò Noct uti notantur ibid. à fol. 148.

26. S. Annæ Matris B. M. V. dupl. min. *Col. Alb.* in Officio omnia dicuntur, ut in Com̄. nec Virg. nec Mart. except. Oratione, & Lectionibus II. Noct. quæ dicuntur, ùt propriô notantur locô. In I. autem Noct. Lectiones: *Mulierem fortem &c.* In III. *Simile eſt Regnum Cælorum Theſauro*, de Communi nec Virg. nec Mart. In *Laudibus*, & *Miſſa* fit Commemoratio Dominicæ, ſi quæ hodie occurrat, cum 9. Lect. de ea in *Officio*, & ult. Evang. in *Miſſa*: quæ eſt propria, & dic. cum *Gloria*, ſine *Credo*, niſi in propria Eccleſia, aut niſi venerit in Dominica. Præf. Commun.

In II. *Veſperis* fit Commemoratio Dominicæ, ſi quæ hodie, vel cras occcurrat, item Feſti ſimplicis ſequentis, nempe S. Pantaleonis M. pro quo Antiph. *Iſte Sanctus.* Vers. *Gloria, & honore &c.* Orat. *Præſta, quæſumus Omnipotens DEUS, ut intercedente &c.* ùt in Commun. un. Mart. tantùm 2. locô. Quæ tamen ultima Commemoratio omittitur ibi, ubi Feſtum S. Annæ eſt *Patrocinium Templi*, adeoque duplex 1. Claſſis. Gregorius XV. præcepit hodie agi hoc *Feſtum* ubique, conſtitutione edita 23. April. 1622. ſed ea non eſt ubique uſu recepta, uti nec Urbani Pap. VIII. 1642. Idem Feſtum ſtatuentis apud P. Gobat.

Ubi S. Anna eſt *Patrona*, ibi celebratur Ritu duplici 1. Claſſis, & cum Octava, modô ſuprà die 22. hujus declaratô, ac proinde diebus infra Octavam dicuntur Lectiones II. Nocturni, prout notantur infra Octavam nec Virg. nec Mart. in Octavario Romano à fol. 508. In III. verò Noct. prout notantur ibidem à fol. 479.

Ubi S. Pantaleon (ob inſignes v. g. Reliquias) celebratur Ritu dupl. minore, ibi hodiernæ Veſperæ dicuntur de S. Anna nominatim usque ad Capitulum (niſi hæc ibidem habeat altiorem Ritum) à Ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Capitulo verò de S. Pantaleone M. [illegible]ri in 1. Veſper. un. Mart.) cum Commemoratione præcedentis, & Dominicæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.*

27. S. PANTALEONIS Mart. Simpl. *Col. Rub.* Niſì hodie occurrat fieri Officium 9. Lectionum, aut de S. Maria in Sabbato, fit hodiernum *Officium* de S. Pantaleone Mart. in hunc modum: Ad Matutinum dic. Invitatorium, & Hymn. de Commun. un. Mart. Antiphonæ, & Pſalmi feriales de Feria curr. Lectio I. & II. de Scripr. occurrente (niſì ponendum fit initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum poſitum) Lectio III. propr. Circa verſum, Abſolutiones, Benedictiones, & Reſponſoria obſervanda ſunt ea, quæ ſuprà 27. Maij, in Feſto S. Joannis Pap. & Martyris (quando id cadit extra Tempus paſchale) & 7. Julij ſunt annotata. Oratio, utì in 1. Veſperis: *Præſta quæſumus, Omnipotens* DEUS, *ut intercedente &c.*, eique ſubjunguntur Suffragia Sanctorum, dicunturque Preces Dominicales ad Primam.

*Miſſa*: *Lætabitur Juſtus* (2. de Communi un. Mart. tantùm) cum Gloria, ſine *Credo*. Oratio 2. à *Cunctis*, 3. Ad libit. niſì ratione Menſis, aut Feriæ II. ſecundò locô dicendum ſit: *Fidelium*, & tertiò: à *Cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Si Feſtum S. Pantaleonis incidat in Sabbatum, *Officium* fit hodie de S. Maria in Sabbato, de S. Pantaleone verò fit tantùm Commemoratio (ſine Lectione) in heſternis Veſperis, hodiernis Laudibus, ac *Miſſa*, in qua tunc 3. oratio de S. Spiritu, niſì, ut mox dicetur, ratione Menſis penultima debeat eſſe: *Fidelium*, & tertia de S. Pantaleone. *Col. Alb.*

Si idem hoc Feſtum incidat in Dominicam, fit non modò de eo in pridianis Veſperis, ac hodiernis Laudibus, & Miſſa (ante orationem: *à Cunctis*) Commemoratio, ſed etiam legitur de eodem in hodierno Dominicali Officio 9. Lectio, & tunc *Col. Vir.*

Si hodierna dies ſit prima dies Menſis, non impedita Officio 9. Lectionum, aut Feria II. ſimiliter non impedita, tunc obſervanda ſunt hodie ea, quæ ſuprà 7. hujus ſunt annotata: juxta quæ, ſi hodie ſit Sabbatum, & ratione Menſis dicenda ſit hodie Orat: *Fidelium*, in Miſſis privatis de S. Maria in Sabbato Oratio 2. erit *Fidelium*. 3. De S. Pantaleone Martyre, niſì dicere lubeat 5. aut 7. orationes; tunc enim 2. erit de S. Pantaleone, penultima verò *Fidelium*.

Ubi S. Pantaleon (ob inſignes v. g. Reliquias) celebratur Ritu duplici, ibi Lectiones I. Nocturni ſunt de Scriptura Feriæ currentis, ſi celebretur Ritu duplici tantùm minore, ſi autem altiore, tunc juxta

Rubric. legendæ ſunt poſitæ in Communi plurim. Martyr. nempe: *Fratres Debitores &c.* In II. Noctur. Lectio I. dicitur, uti notatur hac die in Propr.Sanctor. 3. & 4. verò ſumitur de Communi un. Mart. *Principes perſecuti ſunt me &c.*, ut ibi 2. locò. In III. Noct. dicuntur illæ, quæ leguntur in Feſto S. Polycarpi 26. Januar. de Homil. in Evangel. *Nihil eſt opertum &c.* & ſi cadat in Dominicam, fit etiam de hac Commemoratio in utriſque Veſperis, *Laudibus*, ac *Miſſa*, cum 9. de eadem Dominica Lectione in *Officio*, & ultimo ejus Evangel. in *Miſſa*.

Ubi habentur inſignes de hoc Sancto Reliquiæ, ibi etiam extra Dominicam dic. in Miſſa *Credo*, & in 2. Veſperis fit Commemoratio de Feſto ſubſequente.

In Eccleſia autem vniverſali, ubi hodie eſt Factum de S. Pantaleone Ritu tantùm ſimplici, at non de S. Maria in Sabbato, ibi hodie Veſpe. ſæ integræ dicuntur Ritu Semiduplici de Ss. Nazario, & Celſo &c, niſi eorum Feſtum ratione Dominicæ cras occurrentis transferendum ſit in diem proximam, Officiò 9. Lectionum non impeditam. Oratio propr. reliqua ùt in 1. Veſperis plur. Martyr. dicuntúrque in illis Suffragia Sanctor. ac preces Dominicales ad Completor. *Col. Rub.*

28. Ss. NAZARII, CELSI, & VICTORIS Martyr. ac Innocentij Pap. & Conf. ſemid. *Col. Rub.* In Offi. omnia dic. de Cummun. plur. Martyr. exceptis Lectionibus. 1. Noct. quæ dic. de Scriptura Feriæ cur. II. Noct. quæ ſunt propriæ, ut Oratio: In III. Noct. dic. Hom. in Evang. *cùm audieritis prælia &c.* In Laudibus, ac Veſperis (niſi occ. rat aliqua Octava) dicuntur Suffragia Sanctorum, & ad *Primam*, Completor. Preces Dominicales.

*Miſſa*, ùti notatur, cum Glor. ſine *Credo*. niſi veniat infra aliquam Octavam. Oratio 1. propr. 2. à Cunctis. 3. Ad libitum. Præf.Comm. *Col. Rub.*

In II. Veſperis usque ad Capitulum dic. omnia, ùt in 2. Veſperis plur. Martyr. à Capitulo autem de S. Martha Virg. Oratio: Exaudi, & reliqua, ut in 1. Veſperis de Commun. Virg. cum Commemoratione Præcedentis & Ss. Felicis, ac Socior. MM. ùt ibi. *Col. Alb.* niſi cras occurrat Dominica; tunc enim S. Martha (ubi ea non eſt *Duplex*) transfertur in diem proximè Sequentem, Feſtò 9. Lectionum non impeditam; Veſperæ autem hodiernæ tunc à Capitulo dicuntur de craſtina Dominica, cum Commemoratione præcedentis, & Ss. Felicis, ac Socior. MM. *Col. Vir.*

Quòd ſi Feſtum hodiernum Ss. Nazarij, & Socior. occurrat in Dominica, hodie fit de Dominica; Feſtum autem hodie occurrens, ubi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi non eſt duplex, transfertur in diem proximam, Feſtô 9. Lectionum non impeditam, in Veſperis verò hodiernis Dominicalibus tunc fit Commemoratio de ſequenti Feſto ſemiduplici, & poſtea diei infra Octavam, ſi quæ currat. *Col. Vir.*

29. S. Marthæ Virg. Semid. Col. Alb. In *Officio* omnia (etiam oratio Exaudi) dic. ùt in Commun. Virgin. de Virgine tantùm. Lectio 1. de Scriptura Feriæ curr. II. & III. Noct. propriæ. Ad Laudes dic. Suffragia Sanctor. & ad Primam preces Dominicales, niſì currat aliqua Octav.

*Miſſa*, utì notatur, cum *Gloria*, ſine *Credo*, niſì veniat infra aliquam Octavam. Oratio 2. à *Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

II. Veſperæ (niſì cras occurrat fieri de Feſto aliquo 9. Lectionum, aut de die infra Octavam, aut de Dominica) integræ dic. de S. Martha, ùt in 2. Veſperis de Commun. Virg. cum Commemoratione SS. Abdon. & Sennen MM. Oratio propria &c, ùt ibidem: poſt eam dic. Suffragia Commun. Sanctorum, & Preces Dominicales ad Completor. ut ſuprà. *Col. Alb.*

Si cras occurrat fieri de Dominica, aut die infra Octavam, vel de Feſto 9. Lectionum, hodiernæ Veſperæ ordinantur reſpectivè modô heri indicatô.

Ubi S. Martha eſt duplex 1. Claſſis, ac celebratur cum Octava, ibi in primis Veſperis nulla fit Commemoratio Dominicæ, aut Feſti præcedentis (niſì hoc celebretur Ritu duplici 1. aut 2. Claſſis) ſed tantùm Dominicæ cras ſubſequentis, hodie verò Lectiones I. Noctur. dic. de Epiſtola 1. B. Pauli Apoſtol. ad Corinth. *de Virginibus præceptum*, prout notantur pro I. Noctur. in Commun. Virg. at in II. Veſperis non fit Commem. tunc Feſti Simplicis ſequentis, bene tamen Dominicæ, aut Feſti duplicis, aut etiam Semid: ſequentis. Infra Octavam autem dic. Lectiones in II. Noct. utì notantur pro diebus infra Octavam Virg. in Octavario Romano à fol. 462. & denique in III. Noct. prout notantur ibidem à fol. 179.

30. Ss. Abdon, & Sennen. MM. Simpl. *Col. Rub.* Omnia tam quoad *Officium*, quòd quoad *Miſſam* ordinantur hodie ad eum proportionaliter modum, quô die 27. Julij: unde, ſi de ijs hodie fiat *Officium*, Lectio I. & II. erunt de Scriptura occurrente (niſì ponendum ſit Initium Parabolarum Salomonis) 3. verò propria, utì & *Oratio*, ac *Miſſa*. Si hodier. dies ſit 1. dies Menſis, non impedita Offic. 9. Lection. aut hodie occcurrat fieri Officium de Feſto 9. Lectionum (ſeu *occurrente*, ſeu *translato*) tunc pariter ea ſunt obſervanda, quæ die 27. hujus, ac locis ibi annotatis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vesperæ de craſtino Feſto S. Ignatij Conf. ac Societatis JESU Fundator: & quidem in Eccleſia univerſali ſub Ritu duplici minore, in Societate JESU verò, & ubi eſt Patronus Eccleſiæ, ſub Ritu duplici 1. Claſſis, ac ſine ulla Commemoratione, niſi Dominicæ ſubſequentis, ſi quæ ſequatur, non tamen antecedentis, ſi quæ hodie occurrat. Dicuntur autem omnia (excepta oratione propria) ùt in Communi Conf. non Pontif. *Col. Alb.* Orationem de S. P. N. Ignatio: *DEUS, qui ad majorem tui Nominis Gloriam &c* quædam Breviaria & Miſſalia impreſſa concludunt per verba: *Qui vivis & regnas &c.* alia verò ſic: *Per Dominum noſtrum &c.* at priori modo eam hodie à noſtris terminari Romæ, accepi ab eo, qui recèns ex Urbe veniens hàc tranſijt.

31. S Ignatii Conf. dupl. minus. *Col. Alb.* Offic. dic. de Commun. Confeſſ. non Pontif. Lectio I. Nocturni (Ubi non eſt Patronus) de Scriptura occurrente, niſi ponendum ſit Initium Libri Salomonis nondum poſitum. II. Noctur. ſunt propriæ. In III. verò Nocturno dic. de Homil. in Evang. *Deſignavit Dominus &c.* de Commun. Evangeliſtar. Si hodie occurrat Dominica, dicitur de illa 9. Lectio in Officio, & in Miſſa ult. Evangelium, ſitque de eadem Dominica in utriſque Veſperis, Laudibus, ac Miſſa Commemoratio, etiam ibi, ubi S. Ignatius celebratur Ritu duplici 1. Claſſis.

Missa propria ex Decr. S. Rit. Congr. 18. Decembr. 1673. cujus Introitum (*In Nomine JESU*) non genuflectitur. In eadem dic. *Gloria*, ſed ſine *Credo*, niſi ubi eſt Patronus, aut veniat in Dominica, vel infra Octavam id habentem. Oratio unica. Præf. Commun. Commemoratio Dominicæ occurrentis, & ultimum Evangel. de eadem, ſi hodie occurrat Dominica. *Col. Alb.*

Vesperæ (ubi S. Ignatius non eſt Patronus Ordinis, aut propriæ Eccleſiæ) dicuntur Ritu duplici majore de Sequenti, cum Commemoratione S. Pauli Apoſtol. ut ibi, ac poſtea S. Ignatij, & Dominicæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat, ac denique Ss. Machabæorum MM. *Col. Alb.*

In Societate JESU celebratur Feſtum S. Ignatij ſub Ritu duplici 1. Claſſis, & cum Octava (tanquam de Patrono Principali, ac Fundatore hujus Ordinis) modò deſcriptô *in Proprio Feſtorum Societatis JESU*, dicendo nimirum hodie ad Matutinum in I. Noctur. Lectiones de libro Sapientiæ: *Juſtus, ſi morte &c.* ùt in Communi Confeſſ. non Pontif. 1. locô, reliqua autem, ut in eodem Communi, ac propriô locô; dicitúrque in Miſſa *Credo* per totam Octavam: infra Octavam verò de cu-

[...]tur Lectiones Nocturnorum, & [...], uti notantur in eodem Proprio [...]ſiorum *Societatis*: quod Proprium quoad Lectiones, in II. Nocturno diebus infra Octavam Occurrentibus in Officio de S. P. N. dicendas, deſumptum eſt ex Octavario Romano de Communi infra Octavam Conf. non Pontif. à pag. 416. usque ad 424. Quoad Lectiones verò dicendas in III. Noctur. in eodem Officio S.P.N. per Octavam, deſumptum eſt ex eodem Octavario Romano de Communi infra Octavam Evangeliſtar. à pag. 208. usque ad 220. Nota, quòd, quando ratione Feſtorum infra hanc, aut aliam ſimilem Octavam occurrentium, omitti debent Initia vel Sermonum, vel Homiliarum, de quibus poſt Feſtum infra ejusmodi Octavam occurrens eſt rurſus legendum, tunc poſt tale Feſtum non legatur Titulus ſic: *De Sermone*, vel *Homilia Sancti* N. (cùm nondum de Sermone, vel Homilia ejusmodi S. Patris lectum aliquid ſit) ſed tunc vel dicatur ſimpliciter *Sermo*, aut *Homilia Sancti* N. ac ſi eſſet Initium Sermonis, ſeu Homiliæ, vel legatur ipſum Initium Sermonis, vel Homiliæ in præcedentibus diebus, quibus ob occurrentia Feſta legi non poterat, poſitum, prout nempe magis congruere videbitur, ut monet Gavantus *in Adnotationibus ad Octav. ſpectantibus*, ac Octavar. Romano præfixis ad *Tit. XXVI.* De Lection. ubi addit, idem eſſe obſervandum, quando in die Octava præſcribitur ſumi aliquas infra Octavam omiſſas, ob diem Dominicam, ſeu Feſtum occurrens: cùm autem Octavarium Romanum (in quo tradit Gavantus hanc ſuam Doctrinam) non modò à S. R. C. ſit *approbatum*, ſed etiam ab eadem *non ſemel laudatum*, Teſte Franc. Maria Card. à Monte, eáque praxis inſuper nitatur praxi ipſius Eccleſiæ univerſalis, infra Octavas Feſtorum ijs tantùm *Sermonibus*, & *Homilijs Ss.* in II. & III. Nocturno (de quibus ſolis mentionem facit Gavant.) Titulum: *Sermo* vel *Homilia* in Recto præponentis, de quibus nil dum adhuc eſt lectum; Ratio autem in oppſitum à Nonnemine mora haud difficilem accipere videtur ſolutioné, ideo practicanda jam omnino judico prædictam Gav. Doctrinam in hujusmodi Caſibus.

Notandũ porrò ulteriùs eſt primò: In Societate JESU, & ubi S. Ignatius eſt Patronus propr. Eccleſiæ, ibi integras Veſperas II. dici de S. Ignatio, cum Commemoratione S. Petri ad Vincula, & S. Pauli Apoſtoli tantùm, niſi hodie aut cras occurrat Dominica; tunc enim (attamen poſt Commemorationem de S. Paulo) fit etiam Commemoratio illius Domminicæ, de Ss. verò Machabæis nihil fit ibi in 2. Veſperis, ùt patet ex *Tab. Concurrentia*, *& Rubr. Gen. IX. n. 4.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notan. 2. Ex Indulto Apoſtolico Gregorij XV. in Bulla : *Splendorem paternæ Gloriæ*, emanata die 8. Junij 1622. conceſſas eſſe Indulgentias plenarias omnibus utriusque ſexûs Chriſti Fidelibus verè pœnitentibus, & Confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui in S. P. N. Feſtô Eccleſiam Societatis à primis Veſperis usque ad occaſum ſolis diei hujusmodi devotè viſitaverint, & ibi pro Principum Chriſtianorum concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad DEUM Preces effuderint.

Notandum 3. Ex Indulto Clementis X. dato 29. Januarij 1676. Perſonis ad Aſſiſtentiam Germaniæ Soc. JESU pertinentibus *Officium* de S. P. N. Ignatio ſub *Ritu Semiduplici*, uti & *Miſſam* recitare conceſſum eſſe infra annum ſemel quot hebdomadis die non impedita Feſto duplici, vel ſemiduplici, extra Adventum tamen & Quadrageſimam, ac (juxta Reſponſa Sac. Rit. Congr. die 20. Martij anno 1706.) extra quatuor Tempora, & Vigilias (ſive cum Jejunio, ſive absque Jejunio.) item extra Feriam II. Rogationum, Feriámque illam, in qua ſecundùm Rubricas eſt reponendum Officium Dominicæ : Dies præterea impediti habentur per Reſponſa prædictæ Sac. Rit Congr. etiam illi, in quibus ponendum eſt Officium de Feſto duplici vel ſemiduplici tranſlato : Idem eſt de diebus Octavarum, qui habentur pariter pro impeditis reſpectu hujus, & ſimilium Officiorum, quæ pariformiter certis Communitatibus, aut Eccleſijs quandoque conceduntur.

Porrò *Officium* iſtud *Hebdomadarium* de S. P. N. infra annum diebus non impeditis fit (ſub Ritu ſemiduplici) ſequentem in Modum: Lectiones I. Nocturi ſemper ſunt de Scriptra diei currentis : Lectiones II. & III. Nocturni dicuntur Menſe Januario & Februanio, ut in Feſto; reliquis verò Menſibus dicuntur, uti notantur in Proprio Feſtorum Societatis JESU, juxta Exemplar Neapolitanum de Anno 1696. impreſſo, ſúntque deſumptæ ex Octavario Communi Romano à S. R. C. approbato. Miſſa dicitur Ritu ſemiduplici cum *Gloria* ſine *Credo* Ritu Paſcali, vel non Paſcali, pro Temporis exigentia, & ad modum aliorum Semiduplicium. A Dominica Septuageſimæ usque ad Quadrageſimam poſt Graduale, omiſſo *Alleluja* & ſequente verſu, dicitur Tractus extans in Miſſa : *Os Juſti*, de Communi Conf. non Pontif. Tempore verò Paſchali omiſſo Graduali dicuntur ejus locô 4. Alleluja cum duplici verſu, ùt in eadem Miſſa: *Os Juſti*, de Communi Confeſſ. non Pontif. Dubitârunt autê aliqui 1. An Indultum Pontificium prædictum etiam locum habeat Feriâ VI. poſt

Octa-

Octavam Aſcenſionis Domini, quando in eam nec Feſtum aliquod 9. Lectionum transfertur, nec aliquod in ea occurrit? 2. An etiam ſe extendat ad eam Hebdom. in quam incidit ipſum Feſtum S. Ignatij, ſi ante hujus celebrationem occurrat dies non impedita Offic. dupl. vel Semid. qualis eſt dies 30. Julij, quando hæc non incidit in Dominicam. Ratio autem dubitandi eſt; quia neutra illa dies in Indulto inter exceptas legitur, favores autem ſunt ampliandi, ut habet Regula Juris, & per *leg. 6. Quod favore. Cod. de leg.* Favorabile talem interpretationem non *recipit, quæ eum, cui favetur, lædere poſſit.* R. meô judiciô (ſalvo meliore) Indultum illud ad neutrum illum ſe ſe diem extendere; non ad primum, ob rationes P. I. ſuô locô, cùm agerem de *Feria* illa VI. allatas; non ad poſteriorem; quia ſicut mens oratorum, hoc eſt, Supplicantium pro illo Indulto non fuit, ut ea hebdomade, quâ aliunde ex Præſcripto Breviarij Rom. fit Officium & Miſſa de S. P. N. Ignatio, ſibi liceat alio inſuper illius hebdomadæ die de illo Officium, & Miſſam celebrare, ſed tantùm alijs infra annum hebdomadis, ità videtur neq; mens Pontific. fuiſſe per ſuum Indultum illud concedere pro illâ hebdomadâ, quâ aliunde jam fit *Officium*, & *Miſſa* de S. Ignatio ad minimum ſemel, aut etiam iterum propter Octavâ uti contingit, cùm Feſtum S. Ignatij incidit in *Feriam V.* Huic rationi accedunt eæ, ſaltem ex parte, quas ſuprà attuli P. I. antè allegatâ. Textibus autem ex Jure pro Sententia contraria petitis oppono Reg. 81. Jur. in 6. juxta quam *In generali Conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet verſimil. in Specie conceſſurus, ſi interrogaretur:* quòd autem in utroque dicto Caſu id non eſſet is conceſſurus, penès quem eſt poteſtas id concedendi, colligitur ex ſuprà allegato Decr. S. R. C. de anno 1706. 20. Mart. quæ interrogata, an Indultum ejusmodi, nonnullis Communitatibus & Eccleſijs conceſſum, ſe extendat etiam ad dies nonnullos, qui in ejusmodi Indulto ſufficienter comprehendi, aut ſaltem ab eo non excludi videbantur, nihilominus reſpondit negativè, *etiam ſi de illis diebus nulla ſit facta ſpecialis mentio in aliquibus ejusmodi Officior. Conceſſionibus.* Adde, quòd id, quod à Jure communi exorbitat, non ſit ad alios Caſus extendendum. Vide etiam, quæ habet P. la Croix Tom. 4. l. 4. n. 1248. & P. Gob. Tr. 5. *Caſ. 23. n. 650. append. 4. litt. gg.* ubi nonnulla uſum hujus Privilegij concernentia reperies.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN